& ſitim illam expulſā & collatā fatetur fuiſſe victoriam Idemq; Anto
nius Cōmodum filiū ſuum aſſumpſit in regnum preteriti etiam tēpo
ris per omnes prouincias tributa donauit omniaq; ſimul fiſcaliu3 ne
gociorum calumnioſa monumēta congeſta in foro iuſſit incēdi:ſeue-
riuſq; leges nouis cōſtitutionibus temperauit Poſtremo in Panonia
conſtitutus repentino morbo diem obijt. Repētin⁹ Antonij veri exit⁹

¶ Hic dicitur de flagitijs & malis q̄ geſſit Cōmod⁹. Cap.x.

ANno ab vrbe condita.dcccc.xxx.Lucius Antonius Com
modus.xv.ab Auguſto patri ſucceſſit in regnum manſit-
q; in eo annis.xiij.& aduerſus germanos bellum feliciter Cōmod⁹.
geſſit Cæterum per omnia luxuriæ & obſcœnitatis dede
core deprauatus gladiatorijs quoq; armis ſæpiſſie in ludo depugna- Cōmodi flagitia.
uit:& in amphitheatro feris ſeſe obiecit frequenter interfecit etiam q̄
plurimos ſenatores: maxime quos animaduertit nobilitate in du-
ſtria que excellere:Flagitia regis pœna vrbis inſequit̄ nā flumie Ca-
pitoliū ictum:ex quo facta inflāmatio Bibliothecā illā maioru3 cura
ſtudioq; cōpoſitam:ædeſq; alias iuxta ſitas rapaci turbine cōcrema- Capitoliū ſuccendit̄
uit.Deinde aliud incēdium poſtea.Romæ exortum:ædem Veſtæ & Bibliothecæ crematio.
pallatiū plurimamq; vrbis partem ſolo coæquauit.Commodus cun
ctis incōmod⁹ in domo Veſtiliani ſtrangulat⁹ interijſſe fert̄ hoſtes ge
neris humani etiā viuus iudicatus.Poſt hūc a ſenatu creatus ē ſenex
Aeli⁹ ꝑtinax.xvj.ab Auguſto q.vj.menſe q̄ regnare cœperat:Iuliani Cōmodi iteritus.
iuriſperiti ſcelere in pallatio occiſus ē.Iulianus interfecto Pertinace
inuaſit imperium.vj.mox a Seuero apud pontem Miluium bello ci- Pertinax & Julian⁹ iperatoreſ
uili victus & interfectus eſt menſe.xij.poſtq̄ cœperat imperare Ita in
Pertinacem & Iulianum vnus annus conſumptus ē.

¶ Quintam perſecutionē dicit a Seuero factam. Cap. xj.

Seuerꝰ ꝑ. tinax ipe= rator

ANno ab vrbe cōdita. dcccc. xliiij. Seuerꝰ gñe Apher Tripolitanꝰ ab oppido Lepti: qui ſe ex nomine imperatoris quē occiſū vltꝰ fuerat. Pertinacē appellari voluit. xvij. ab Auguſto deſtitutū adeptꝰ īperiū. x. &. vj. annis tenuit Hic natura ſæuus multis ſæpe bellis laceſſitꝰ fortiſſime quidē rēpublicā: ſed laborioſiſſime rexit.

Peſcennij cædes

Peſcenniū nigrum: qui ab Aegypto & Syria ad tirannidē aſpirauerat: apud Cyzicuȝ vicit & interfecit Iudæos & Samaritas rebellare conātes ferro cōpeſcuit. Parthos & Arabas adiabenoſqꝫ ſuperauit

Quinta xpianoꝝ ꝑſecutio.

Quīta poſt Neronē perſecutionē chriſtianos excrutiauit: plurimiqꝫ ſāctorū ꝑ diuerſas prouincias martyrio coronati ſūt. Hāc prophanā in chriſtianos & eccleſiā dei preſūptionē Seueri cœleſtis vltio e veſtigio acta ſubſequitur:

Bella ciuilia.

nā cōtinuo rapitur: vel potius retrahitur in Galliam Seuerus e Syria ad tertiū ciuile bellū. Iam ei vnum Romę aduerſū Iulianū: aliud in Syria contra Peſcenniū geſſerat: tertiū Dodius albinus Iuliani in occidendo Pertinace ſocius: per ſe in gallia Cæſarem fecerat ſuſcitabat: cuiꝰ bello multū vtrinqꝫ romani ſanguis fuſū eſt.

Albinus cæditur

Albinꝰ tñ apđ Lugdunū preſſꝰ & interfectꝰ eſt Seuerꝰ victor in Britāniā defectu pene oīm ſociorū trahit̃ vbi magnis grauibuſqꝫ ꝓlijs ſepe geſtis receptā partē inſulæ a cæteris indomitis gentibꝰ vallo diſtinguēdā parauit.

Munitionē extruxit Seuerꝰ

Itaqꝫ magnā foſſā firmiſſimumqꝫ vallum crebris inſuper turribꝰ cōmunitū per: cxxxij. m. paſſuū a mari ad mare duxit: Ibiqꝫ apud Eboracū oppidū morbo obiit relinquēs duos filios Baſſianū & Getā.

Se. intitꝰ. Baſſianꝰ q & Caracalla Geta

Quorum geta hoſtis publicus iudicatꝰ interijt Baſſianus vero Antonij cognomine aſſūpto regno potitꝰ eſt Anno ab vrbe condita. dcccc. lxvij. Aurelius Antonius Baſſianꝰ idē qꝫ Caracalla. xviij. ab Auguſto principatū adeptus eſt. mãſitqꝫ in eo annis nō plenis ſeptē.

Baſſiani iperatoris libido.

Vixit vero patre aſperior omnibus libidine intemperantios: qui etiā nouercā ſuam Iuliam vxorē duxerit Hic contra Parthos bellū moliens inter Edeſſam & Caras ab hoſtibꝰ circunuentus occiſus eſt

Ophilꝰ imperiū occupat.

Poſt hunc. xviij. ab Auguſto Ophilus Macrinus: qui prefectus pretorio erat cū filio Diadumeno inuaſit imperiū: ſed emenſo anno continuo apud Archelaidem militari tumultu occiſꝰ ē

Aurelius Antoniuſ & Aurelꝰ Alexāder ipatores.

Anno ab vrbe condita. dcccc. lxx. Marcus Aurelius Antonius. xx. ab Auguſto imperium adeptus tenuit annis. iiij. His ſacerdos Heliogaballi templi nullam ſui niſi ſtuprorū & flagitiorū totiuſqꝫ obſcœnitatis infamem ſatis memoriam reliquit. Tumultu autem militari exorto Romæ cum matre interfectus eſt. Anno ab vrbe cōdita. dcccc.

lxxiiij. Aurelius Alexander.xxi.ab Auguſto ſenatus ac militū volūtate imperator creatus.xiij.ānis dignus equitatꝰ preconio fuit Cuiꝰ mater Mamea Chriſtiana Origenē preſbyterū audire curauit:nā ſtatim expeditione in perſas facta Xerxem regē eorū maximo bello victor oppreſſit. Vlpiano vſus aſſeſſore ſūmam ſui moderationem reipublicæ exhibuit:ſed militbri tumultu apud Magontiacum interfectus eſt.

Origenes

¶ De ſexta perſecutione a Maximino facta Cap.xij.

ANno ab vrbe condita.dcccc.lxxxvij.Maximinꝰ.xxij.ab Auguſto nulla ſenatꝰ volūtate iperator ab exercitu poſtq̄ bellū i Germania ꝓſpere geſſerat.creatꝰ pſecutionem i xp̄ianos ſextꝰ a Nerone exercuit. Sed cōtinuo:hoc ē tertio q̄ regnabāt āno a Pupieno Aquileiæ interfectꝰ & pſecutionis & vitæ finē fecit. Qui maxime ꝓpter Xp̄ianā alexādri cui ſucceſſerat & Mameæ mr̄is eiꝰ familiā pſecutionē i ſacerdotes & clericos.i.doctores vel p̄cipue ꝓpter Origenē p̄ſbyteꝝ miſerat Anno ab vrbe ꝯdita dcccc.xci. Gordianus vigeſimuſtertius ab Auguſto iperator creatꝰ eſt:māſitq; i eo ānis ſeptē:nā Pupianꝰ iterfector Maximini: & fr̄ eius Albinꝰ q vſurpauerat imperiū:i pallatio mox iterfecti ſūt. Gordianꝰ admodū puer in orietē ad bellū Parthicū ꝓfectꝰ: ſicut Eutropiꝰ ſcribit: Iani portas aperuit:q̄s vtrū poſt Veſpaſianū & Titū aliq̄s clauſerit:neminē ſcripſiſſe memini: cū tn̄ eas ab ipſo veſpaſiano poſt ānum apertas Corneliꝰ Tacitus probet. Igitur Gordianꝰ ingētibꝰ p̄lijs aduerſuꝫ parthos proſpere geſtis:ſuorū fraude haud longe a Cyrceſo ſuper Euphratē interfectus eſt.

Maximinꝰ ipator efficitur
Sexta Xp̄ianorū perſecutio
Gordianꝰ iperator
Maximi pcuſſores cęduntur.
Gordiani cædes

¶ Primū hic Philippꝰ cū filio ſuo ābo xp̄iani facti ſunt. Cap.xiij.

ANno ab vrbe condita.dcccc.xcvij. Philippus.xxiiij.ab Auguſto imperator creatus Philippū filiū ſuū conſorteꝫ regni fecit:manſitq; in eo annis.vij. Hic primꝰ iperatorū oim chriſtianus fuit:ac poſt tertium imperij eius annum m.a conditione Romæ annus impletus eſt. Ita ludis magnificis auguſtiſſimus omnium preteritorum hic natalis annus a chriſtiano imperatore celebratꝰ eſt. Nec dubiū eſt quin Philippus huius tātæ deuotionis gratiā & honorē ad chriſtum & ad eccleſiā reportarit:q̄n vel aſcēſum fuiſſe ab eo Capitoliū:immolataſq; ex more hoſtias nullus auctor oſtendit. Ambo tn̄ q̄uis diuerſis locis tumultu militari & Decij fraude interfecti ſunt.

Philippꝰ primꝰ imperatoruꝫ omnium chriſtianꝰ
Philippi duo ſeditione interempti

¶ De ſeptima perſecutione facta a Decio. Cap.xiiij.

Deci⁹ in imperatorē aſſumpt⁹.

Septima xp̄ianorū pſecutio

Hoſtilian⁹ iperiū occupat

Peſtis ob xp̄ianorū pfligationē exorit.

Valerian⁹ & Rhetia ipatores

ANno ab vrbe cōdita.m.iiij. Decius ciuilis belli incētor & repreſſor:occiſis Philippis.xxv.ab auguſto inuaſit imperiū:tenuitq̄ ānis.iij. Idē cōtinuo i quo ſe etiā ob hoc Philippos interfeciſſe docuit:ad perſequēdos interficiendoſq̄ chriſtianos.vij.poſt Nerone feralia diſperſit edicta:plurimoſq̄ſanctorū ad coronas Xp̄i de ſuis cruciatib⁹ miſit. Idēq̄ filiū ſuū Cęſarē legit:cū quo ſimul cōtinuo in medio barbarorū ſinu interfectus eſt. Anno ab vrbe cōdita.m.vij.Gallus hoſtilian⁹.xxvi.ab Auguſto regnū adeptus vix duob⁹ annis cū Voluſiano filio obtinuit. Exoritur vltio violati nois Xp̄iani:& quaten⁹ ad pfligādas eccl'ias edicta Decij cucurrerūt:eaten⁹ incredibiliū morborū peſtis extēdit:nā nulla fere puincia Romana:nulla ciuitas:nulla domus fuitquæ nō illagnali peſtilentia correpta atq̄ vaſtata ſitHac ſola pernicie inſignes gallus & voluſian⁹:dū cōtra Aemilianū nouis reb⁹ ſtudentē bellū ciuile moliuntur:occiſi ſūt:Aemilian⁹ tn̄ tertio mēſe inuaſę tyrānidis extinct⁹ eſt. Anno ab vrbe cōdita.m.ix.duo iperatores.xxvij.poſt auguſtum loco creati ſūt. Valerian⁹ i rhetia ab exercitu Auguſt⁹ eſt appellatus. Romæ aūt a ſenatu galen⁹ i regno ifœliciter ānis.xv. ſublimat⁹ reſpirāte paul iſper ab illa ſupra ſolitū.iugi & graui peſtilētia.humano generi puocat pœnā ſuā obliuioſa malitia. Impietas ei flagella quidē excruciata ſentit:ſed a quo flagellat̄:obdurata nō ſentit.& vt deſuperiorib⁹ taceam:facta a Decio Xp̄ianorū perſecutiōe totū Romanum imperiū peſtilētia magna vexauit.Mentita eſt iniquitas ſibi prauo in pernicīā ſuā circūuēta iudicio:peſtilētiā cōmunis caſ⁹ eſſe: accidēteq̄ ex morbis:mortē nature finē eſſe nō pœnā:Rurſus igitur atq̄ i breui irā dei ſceleratis actionibus prouocat:exceptur⁹ plagam cui⁹ aliquādo meminiſſe cogatur.

¶ De octaua perſecutione facta a Valeriano. Cap.xv.

Octaua xp̄ianorū pſecutio.

Sapor perſarū rex.

Valeriani ſeruitus

Galeni reſcriptū ſatiſfatio.

VAlerianus ſiquidem mox:vt arripuit imperium:octauaſane Romæ perſecutiōe adigi p tormēta Chriſtianos ad idolatriam:abnegānteſq̄ interfici iuſſit:fuſo per omnem Romani regni latitudinem ſanctorem ſanguine. Valerianus ilico nefarij auctor edicti a ſapore Perſarum rege captus imperator populi Romani ignominioſiſſima apud Perſas ſeruitute conſenuit: hanc infamis officij:continuam:donec vixit:damnationem ſortitus vt ipſe accliuis humi regem ſemper aſcenſurum in equum non manu ſua:ſed dorſo attoleret Et Galenus quidem tam claro dei iudicio territus tamq̄ miſero collegæ permotus exemplo:pacem eccleſijs tri

pida ſatiſfactione reſtituit. Sed nō cōpenſat iniuriæ vltioniſq́ menſuram vnius impij: q̄uis perpetua & ſupra modū abominanda captiuitas contra totam excruciata ſanctorum iuſtorūq́ ſanguis ad deum clamans in eadē ſeſe terra vbi fuſus eſt vindicari rogat. Nō enim de ſolo cōſtitutore precepti iuſto ſuppliciū iudicio flagitabat: ſed etiã executores: delatores: accuſatores ſpectatores ac iudices poſtremoq́ iniuſtiſſimæ crudelitati vel tacita voluntate aſſentiebantur: quia deꝰ ſecretorum cognitor eſt: & quorum maxima p oēs prouĩcias pars hominū verſabatur: eadē vltionis plaga corripi iuſtum erat. Soluūtur repēte vndiq́ permiſſu dei adhoc circūpoſitæ relictæq́ gētes: laxatiſq́ habenis in omnes Romanoꝝ fines inuehuntur Germani alpibus Rhetia totaq́ Italia penetratis Rauēnā vſq́ perueniūt Alemani Gallias peruagātes etiã in Italiã tranſeūt. Græcia Macedonia Pontus & Aſia Gothorū inundatione delet: nã Dacia trans Danubiū in perpetuum aufertur Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur Germani vlteriores abraſa potiūtur Hiſpania Parthi Meſopotammiam auferūt. Syriamq́ corradunt. Extant adhuc per diuerſas prouincias in Magnarū vrbiū ruinis paruæ & pauperes ædes: ſigna miſeriarum & nominū indicia ſeruantes: ex quibus nos quoq́ in Hiſpania Taraconē noſtram conſolationem miſeriæ recētis oſtendimus Et ne qd forte Romani corporis ab hac dilaceratione ceſſarēt: conſpirãt intrinſecus tyranni: conſurgunt bella ciuilis: fūditur vbiq́ plurimus ſãguis Romanorū: Romanis barbariſq́ ſęuientibus ſed cito ira dei in miam vertitur: & cœpræ vltionis maior forma q̄ pœna in menſuram plenitudinis reputatur Igitur primus Genuus: qui purpuram imperij ſumpſerat, apud Myrſam occiditur. Poſthumiꝰ in Gallia inuaſit tyrannidē multo quidem reipublicæ commodo: nam per decem annos ingenti virtute ac moderatione vſus: & dominantes hoſtes expulit: & perditas prouincias in priſtinam faciem reformauit: ſeditiōe tñ militū īter fectꝰ eſt. Aemilianꝰ apud Maguntiã: cū res nouas moliretur oppreſſus eſt. Poſt mortē Poſthumij Marius ibidem inuaſit imperium: ſed continuo interfectus ē. Deinde Victorinus a Gallis vltro creatꝰ: p oſt paululum occiſus ē. Huic ſucceſſit Tetricus qui tunc aquitaniæ preſidatus miniſtrabat officium: multaſq́ ſeditiones militū pertulit. At vero in oriente par Odenatū quandam collecta agreſti manu: victi repulſiq́ Perſæ: defenſa Syria: recæpta Meſopotãmia ē: & vſq́ ad Cteſiponte ruſticani Syriæ cum Odenato vincendo venerūt Galenꝰ aūt cū rēpublicam deſeruiſſet: ac Mediolani libidinibus īſeruiret occiſꝰ ē.

Varij populorū tumultus.

Taraconē ſuã p exēplo adducit Oroſiꝰ.

Genui cędes.

Poſthumius

Aemilianus.

Marius

Victorinꝰ

Tetricus.

Odenatꝰ.

Galeni interitus.

*Claudiꝰ i iperiũ ſublatus.*

Anno ab vrbe condita.M.xxv.Claudius.xxviij.voluntate ſenatus ſumpſit imperium:ſtatimqꝫ Gothos iam per annos.xv.Illyricũ Macedoniamqꝫ vaſtãtes bello adortus:icredibili ſtrage deleuit:cui a ſenatu clypeus aureꝰ in curia:& in Capitolio ſtatua æquæ aurea decreta ẽ:ſed cõtinuo apud Syrmiũ prius ꝗ imperiũ expleret: morbo correptus interijt.Claudio mortuo Quintilius frater eius ab exercitu imperator electꝰ: vir quidem moderationis vnicæ & ſolus fratri præferendus.xvij.iperij die interfectus ẽ.

*Quintiliꝰ imperator*

*Aurelius i perio ſuccedit.*

*Aurelij ſucceſſus.*

Anno ab vrbe condita.m.xxvij.Aurelianus.xxix.impetium adeptꝰ quinqꝫ annis &.vj.menſibus tenuit:vir induſtria militari excellentiſſimꝰ.Expeditione in Danubiũ ſuſcepta Gothos magnis prelijs ſtrauit:ditionẽqꝫ Romanã antiquis terminis ſtatuit.Inde in orientẽ conuerſus zenobiã quæ occiſo Odenato marito ſuo Syriã recæptam ſibi vendicabãt:prœlij magis terrore ꝗ prœlio in poteſtatem redegit.Tertium in Gallia minime ſufficientem ſuſtinere ſeditiones militũ ſuorũ:ſcribentemqꝫ etiam me eripe his inuicte malis:ac per hoc proditorẽ exercitus ſui ſine labore ſuperauit.Sic orientis & aquilonis receptor magna gloria triũphauit:vrbem Romam muris firmoribus cinxit.

*Nona chriſtianoꝝ ꝑſecutio.*

*Aurelianꝰ cædit*

¶ De.ix.perſecutiõe ꝑ Aurelianũ i chriſtiãos facta. Cap.xvj.

NOuiſſime cum perſecutionem aduerſum chriſtianos agi.ix.a Nerone decerneret:fulmẽ ante eũ magno pauore circunſtãtiũ ruit:ac non multo poſt in itinere occiſꝰ ẽ

*Tacitus Florianꝰ & Probꝰ ĩpatores*

*Bella ciuilia Probi ĩteritus*

*Carus imperiũ adeptus eſt.*

*Numerianus.*

*Diocletianus imperator.*

Anno ab vrbe cõdita.m.xxxij.Tacitus.xxx.adeptꝰ impiũ ſexto menſe occiſus in Ponto ẽ.Poſt quẽ Florianꝰ partem regni in ſortẽ ferens:tertio demum mẽſe apud Tharſum interfectꝰ ẽ. Anno ab vrbe cõdita.m.xxxiij.Probꝰ.xxxj.regnũ ſortitus obtinuit annis.vj.& menſibꝰ.iiij.Gallias iam dudũ a barbaris occupatas per mſta & grauia prœlia deletis tãdem hoſtibꝰ ad perfectum liberauit.Bella deinde ciuilia equidem plurimo ſanguine duo geſſit: vnũ in oriente: quo Saturninum tyrannide ſubnixum oppreſſit & cæpit aliud:quo Proculum & Bonoſum apud Agrippinam magnis prœlijs ſupatos iterfecit.Ipſe apud Syrmium in turre ferrata militari tumultu interfectus eſt.Anno ab vrbe condita.m.xxxix.Carus Narbonenſis.xxxij ſuccæpit imperium ac biennio tenuit.Qui cum filios ſuos carinū & numerianum conſortes regni efficere bello parthico:poſtꝗ duas nobiliſſimas parthoꝝ vrbes Cothem & cteſiphontem cepit:ſuper tigridem in caſtris fulmine ictꝰ interijt Numerianꝰ:q cũ patre fuerat rediens fraude Apri ſoceri ſui interfectus eſt.Anno ab vrbe condita.M.

xli. Dioclitianus.xxxiij.ab exercitu impator electꝰ ānis viginti fuit. Statimq; vt poteſtatis copiā habuit: Aprū interfectorē nūeriani manu ſua interfecit Carinū deinde: quē charus Cæſarē in delmatia reliquerat: flagitioſe viuētē: difficillimo bello & maximo labore ſupauit. Dehinc cū in gallia amādus & Aliandꝰ collecta ruſticanorū manu: quos Vacandas vocabāt pernitioſos tumultꝰ excitauiſſēt: Maximianum cognomento Herculium cæſarē fecit: miſitq; in gallias: q facile agreſtiū hominū imperitā & cōfuſam manū militari virtute compeſcuit. Deinde carauſius qdā genere qdā infimus: ſed cōſilio & manu promptꝰ: cū ad obſeruanda oceani littora quæ tūc franci & Saxones infeſtabāt poſitꝰ: plus i perniciē: q̄ i ꝓuentū reipublicæ ageret: ereptā prædonibꝰ prædā nulla ex pte reſtituendo dominis: ſed ſibi ſoli vēdicando accēdens ſuſpitionē: quia ipſos quoq; hoſtes ad incurſādos fines artificis negligentia pmitteret: quāobrē ē a maximiano iuſſus occidi: purpurā ſumpſit: ac britānias occupauit. Igitur p omnes romani imperij fines ſubitarū turbationū fragores cōcrepuerūt. Carauſio rebellāte in britannia: Achilleo in ægypto cū & aphricā Quinquegētiani infeſtarēt: Narſeus etiā rex perſarū oriētem bello p̄meret. Hoc periculo itaq; Dioclitianus pmotꝰ maximianum Herculiū ex cæſare fecit Auguſtum. Conſtantiū vero & maximianū Galerium Cæſares legit. Conſtātius Herculij maximiani priuignam Theodorā accæpit vxorem: ex qua ſex filios fratres Conſtātini ſuſtulit. Carauſiꝰ Britannia ſibi per.vij.annos fortiſſime vēdicata ac retēta: tādem fraude Allecti ſocij ſui interfectus ē. Allectus poſtea ereptū Carauſio inſulam per trienniū tenuit: quem Aſclepiodorus præfectus prætorio oppreſſit Britanniamque poſt decē annos recæpit Conſtantius vero Cæſar i gallia primo prœlio ab Alemanis ꝓfligato exercitu ſuo vix ipſe ſurreptꝰ ē: ſecūdo aūt ſecuta ē ſatis ſecūda victoria: nā paucis horis.lx.m.alemannoꝝ cæſa referūtur. At. Maximianꝰ auguſtus Quiquagentianos i Africa pdomuit. Porro aūt dioclitianꝰ achilleum obſeſſū per octo mēſes apud Alexandriā cępit & iterfecit. Sed immoderata victoria vſus Alexādriā direptioni dedit. Aegyptū totam ꝓſcriptionibꝰ & cædibꝰ fœdauit. Præterea Galerius Maximianꝰ cū duobus iā p̄lijs aduerſū Narſeū cōflixiſſet: tertio inter Gallienicū & Carras congreſſꝰ & victus amiſſis copijs ad Dioclitianū refugit. A quo arrogātiſſime excæptꝰ ē: ita vt p aliquot.m.paſſuū purpuratꝰ ante vehiculū eiꝰ cucurriſſe referat̄ Verūtamē hac cōtumelia quaſi cote vſꝰ ad virtutem p q̄ detrita regij faſtꝰ rubigie: aciē mētis expedijt. Itaq; ſio.

Maximianus in gallias mittit

Carauſiꝰ.

Dio. Maximianū i ꝑij cōſortē aſciuit eūq; au.appellat

Cōſtātius Theodoræ nupſit

Carauſij cædes

Conſtātij geſta i gallia Ferocia Di. in victos.

Maxi. fuga.

Ignominioſa in Maxi. ani maduerſiō

Narſeus vincitur Maxianꝰ a Diocletiano igēti honore ē acceptus

mox per Illiricū & Mœſiam vndiqꝫ copias cōtraxit: raptimqꝫ in hoſtem reuerſꝰ Narſeū magnis conſilijs ac viribꝰ ſuperauit Extinctiſqꝫ Perſarū copijs: ipſoqꝫ Narſeo in fugā acto: caſtra eiꝰ iuaſit: vxores: ſorores liberoſqꝫ cœpit: imenſā vim gaze Perſicæ diripuit: captiuos ꝗplurimos Perſarꝝ nobiliū ab duxit. Reuerſus in Meſopotāmiam a Dioclitiano plurimo honore ſuſcæptus ē. Poſtea ꝑ eoſdē duces ſtrenue aduerſꝰ Carpos Baſternaſqꝫ pugnatū ē. Sarmatas deīde viceīt: quorū copioſiſſimā captiuā multitudinem per Romanorum finium diſperſerunt preſidia.

Decima chriſtianorū pſecutio Nullꝰ diocletiāc atrocius chriſtiāos afflixit.

¶ Dioclitiani perſecutio. x. loco poſt Neronē refertur. Cap. xvij.

INterea Dioclitianus in oriēte: Maximianꝰ Herculiꝰ ī occidēte vaſtari eccleſias: affligi interficiqꝫ chriſtianos decimo poſt Neronē loco pręceperūt: quę pſecutio oībus fere ante actis diuturnior atqꝫ imanior fuit nā ꝑ decē annos incendijs eccleſiarꝝ: proſcriptionibꝰ innocentiū cædibꝰ martirꝝ inceſſabiliter acta ē. Sequitur terræmotꝰ in Syria: ex quo apud Tyrū & Sidonem paſſim labētibꝰ tectis multa. m. hominū proſtrata ſūt.

Terręmotꝰ magnā hominum ſtragē edidit Dioclecianus & maximianꝰ depoſito iperio ſeſe in ordine redigerunt Gallerius & Cōſtātinus iperio potiuntur Cōſtātinꝰ Gallis imperat Facit obiectionē ex ſtatu tyrānorū tran

Secūdo pſecutionis anno Dioclitianꝰ ab inuito exegit Maximiano: vt ſimul purpurā imperiūqꝫ deponerēt: ac iunioribꝰ in rēpublicā ſubſtitutis ipſi in priuato ocio cōſeneſcerent. Itaqꝫ ſub vna die Dioclitianus apd̄ Nicomediam: Maximianus apud Mediolanū poteſtatem imperij ſimul cultumqꝫ poſuerunt. Galerius & Cōſtantius auguſti primū Romanum imperium in duas partes determinauerunt. Galeriꝰ Maximianus Illiricum Aſiam & orientē. Cōſtantius Italiā Aphricam & Galias obtinuit. Sed Conſtantius vir tranquilliſſimus gallia tātū Hiſpaniaqꝫ contentus Gallerio in cæteris partibꝰ ceſſit. Galleriꝰ duos Cæſares legit: Maximum: quem in oriente conſtituit: & Seuerū: cui permiſit Italiam: ipſe in Illirico conſtitutus. Conſtantius vero Auguſtus ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis in Britannia mortē obijt. qui Cōſtantinū filium ex cōcubina Helena creatū imperatorē Galliarum reliquit. Anno ab vrbe ꝯdita. m. lxj. Cōſtātinus. xxx. iiij. gubernacula imperij a Conſtantio patre ſuſcepit: quæ vno &. xxx. annis feliciſſime tenuit. Occurritur mihi ſubito & tripudijs quibuſdam inſultatur Eia inquiūt: tādē in foueas noſtras diu expectate veniſti: hic te decurſurū opperiebamur: hic delapſū opprimimus: hic cōfuſū tenemus. Suſtinuimꝰ te hactenꝰ artificioſe quodāmodo & callide fortuitas tēporū mutationes chriſtianorꝝ vltionibꝰ coaptātem. Interdū qdē veriſimiliū ſpecie ꝑmoti: vt pote hoīes ignari diuinorū ſe

cretorum timore paluimus:ſed nunc euacuauit Maximianus noſter omnem ſcœnam fabulæ tuæ:noſtræqꝫ religionis antiquatæ colūna inexpugnabilis fulſit. Per annos decē euerſæ ſūt eccleſiæ veſtræ:vt tu fateris:dilacerati cruciatibꝰ:exinaniti mortibus:toto orbe chriſtiani. Tenemus euidens teſtimoniū tuū:nullā ſuperiorē ꝑſecutionez adeo vel grauē vel diuturnā fuiſſe. Et tamen ecce inter trāquilliſſima tēporum bona ipſorū quoqꝫ īperatorū:qui iſta fecerunt iuſitata fœlicitas: nulla domi fames:nulla peſtilentia:nullū foris bellū niſi volūtarium: quo exerceri vires non periclitari queāt. Res p̄terea humano generi hucuſqꝫ incognita:multorū ſimul regū patiens cōſortiū:& magna cōcordia:poteſtaſqꝫ cōmunis:alias nūq̄ niſi nūc in cōmune proſpiciēs. Deinde etiā qđ abſqꝫ vlla hactenꝰ mortaliū notitia ē:imperatores illi maximi quippe & ꝑſecutores:honore depoſito & aſſūpta q̄ete priuati:quod beatiſſimū hoīes & ſūmū bonū vitæ bonę iudicant:& hoc tūc velut præmij loco auctores ꝑſecutionis adepti ſunt:quando accenſa ꝑſecutio medio ſui tempore toto orbe ſæuiebat. An etiā hanc beatitudinem illis tēporibꝰ pœnaliter accidiſſe aſſeris:& nos hinc quoqꝫ terrere moliris:quibꝰ humiliter reſpōderim:me plurima cura pietatis accinctū cōmonere de veris:non terrere de falſis. Decez ꝑſecutiōes a Nerone vſqꝫ ad maximianū eccleſia chriſti paſſa ē. Nouē vt ego dixi vltiones:vt ipſi non negāt calamitates e veſtigijs cōſecutæ ſūt:nec in verbo premor:verum debitæ vltiones:an fortuitæ permutationes fuiſſe videantur:que tñ meo ſuoqꝫ teſtimonio clades fuerunt. In decima heſitatum putant miſeri & cæci non videntes tanto eam ipſis fuiſſe grauiorem:quanto minus intellecta ē. Impius enim flagellatur: & non ſentit:quod cum expoſitum fuerit:inuiti licet ꝓpter ipſā reruz fidem fatebuntur:quia ex illa Maximianę perſecutionis maxima punitione iſta ſunt vulnera:quibus ēt nunc iſti dolent & intantū dolent: vt etiā clament:noſqꝫ ad reclamādum laceſſant ſollicitos fieri: qualiter cōticeſcam. In primo libello expoſitū a nobis ē: Pompeium Trogum & Cornelium Tacitū commemoraſſe non plene quidez:noſtrū vero Moyſen etiam ipſorum teſtimonio fidelem fideliter ſufficienterqꝫ dixiſſe. Aegyptios & regē eorum cum populum dei ſeruire itētum & paratū deo ſuo impediēdæ deuotiōis inſtinctu:ad lutū paleaſqꝫ reuocarent. x. acerbiſſimis plagis fuiſſe vexatos. Deīde violentia malorū edomitos nō ſolū coegiſſe feſtinantē:ſed ēt ꝓprijs ſuis argēteis & aureis vaſis accumulauiſſe. Poſt vero oblitos plagę ſuę & cupidos p̄dæ indebitæ:inuidos ēt religiōis alienę dū īnocētes auide ꝑſe

q̄lliſſimo .I.i. q̄s ſic ꝓclamat Iuuenalis cur tā hos tu euaſiſſe putes q̄s diri cōſcia facti Mēs h3 attonitos et ſurdo verbere cedit. Occultū q̄ tiēte aīo tortore flagellum et Claudianꝰ Neqꝫ eī patiūt ſeuaque tē Crimīa: polluteqꝫ negāt areſcere fauceſ

Obiectiōi reſpondet.

Itaqꝫ ſcribit Gregorius in .xv. moralium Sz ſūt non nulli q ita iniquitatedu fuerunt:vt nec in ipſis metuant ferire:q amāt dūmodo q̄ peruerſe cogitauerint expleant

quuntur,mari rubro vltimo recæptos ués fundit⁹ interiſſe Quod ego nunc refero:ac renuncio & ſi forte fide nõ accæptatũ:exitu tamen probandum:quia hæc in figuram noſtri facta ſunt.

¶ Hic dicitur ꝙ popul⁹ dei cũ in Aegypto affligitur decẽ plagis percuſſa ẽ ægypt⁹: & populus xp̃ianus dũ.x.perſecutiõib⁹ romanis affligitur.x.plagas acceperunt. Ca.xviij

Attẽde decẽ Xp̃ianoꝝ pſecutiões typo plag arũ ęgyptiacarum ſignificari qs qdẽro accepiſſe demõſtrat

Primæ pla[...]

Alterã cõfert peſtilentiam

VTerqꝫ populus vnius dei eſt: vna populi vtriuſqꝫ cauſa: Subdita fuit Iſraelitarũ ſynagoga Aegytijs. Subdita eſt chriſtianoꝝ eccleſia romanis. Perſecuti ſunt ægyptij hebræos. Perſecuti ſunt Romani chriſtianos Decem ibi cõtradictiones aduerſus moyſen. Hic decẽ edicta aduerſus Chriſtũ Diuerſe ibi plagæ ægyptiorũ. Diuerſæ hic calamitates romanoꝝ.nam vt etiã inter ipſas ſe plagas inquãtũ tamẽ figura formæ cõparari poteſt cõferam:ibi prima habuit correptio ſãguinẽ vulgo vel manaſſe de puteis vel in fluminibus cucurriſſe Hic prima ſub Nerone exegit plaga:vt vbiqꝫ morientiũ ſanguis vel morbis in vrbe correptus. vel bellis in orbe profuſ⁹ eſſet Ibi ſequẽs plaga prodidit perſtrepentes:perſultanteſqꝫ in penetralibus ranas inediæ propemodũ cauſam habitatorib⁹ atqꝫ exilij fuiſſe Hic ſequẽſ ſub Domitiano pœna ſimiliter oñ ſatellitũ militũqꝫ eius improbis effrenatiſqꝫ diſcurſibus cruentiſſimi iuſſa principis exequẽtiũ ad inopiam per oẽs ciues romanos adactos exilioqꝫ diſperſos. Ibi tertia vexatio habuit ſcinifices muſculas ſcilicet paruiſſimas ac ſæuiſſimas.que medijs ſepe æſtibus petroca ſqualida ſe coadunando & vibrando denſatæ:nonnullo volatu allabi ſolent:capilliſqꝫ hominum ac pecudum ſetis cum vrente morſu interſeri Hic itidem tertia ſub Traiano plaga iudeos excitauit: qui cum antea vbiqꝫ diſperſit:ita iam quaſi non eſſent:quieſcerent:repentino omnes calore permoti in ipſos:inter quos erant:toto orbe ſæuierunt abſqꝫ magnis multarum vrbium ruinis:quas crebri tertæmotus ijſdem temporibus ſubruerunt. Ibi in quarta plaga muſcæ caninæ fuerunt:reuera alumnæ putredinis:vermiumqꝫ matres. Hic itidem quarta ſub Marco Antonio plaga lues plurimis infuſa prouincijs Italiam quoqꝫ cum vrbe roma vniuerſa exercitumqꝫ romanum per longinquos limites & diuerſa hyberna diſperſum in mortem diſſolutum putredini ſimul ac vermibus dedit. Ibi quinta correptio pecorum ac iumentorum repentino interit expleta eſt. Hic ſimiliter quinta vltione ſub perſecutore Seuero creberrimis ciuilibus bellis propria viſcera & adiumenta reipublicæ:hoc eſt plebs prouinciarū

Tertia afflictiõ's ꝯparatio

Quarta pſecutio & Aegip. & ro.

& legiones militum comminutæ ſunt. Ibi ſexta vexatio intulit veſi=cas efferueſcentes vlceraqꝫ manantia. Hic æque ſexta punitio: quæ poſt Maximini perſecutionem fuit: qui ſpecialiter epiſcopos cleri=cos omiſſa turba populari: hoc eſt eccleſiarum primates trucidari im=perauerat: intumeſcens crebro ira atqꝫ inuidia non peruulgi cædem: ſed per vulnera morteſqꝫ principum ac potentium exaltata eſt. Ibi ſeptima plaga numeratur: coacto aere grando profuſa: quæ homini=bus iumentiſqꝫ ac ſatis exitio fuit: Hic ſimiliter. vij. plaga ſub Gallo & Voluſiano: qui perſecutori Decio mox interfecto ſucceſſerant pla=ga extitit: corrupto aere peſtis infuſa: quę per omnia romani regni ab oriente in occidentem ſpacia cum omne propemodum genus homi=num & pecudum neci dedit: tum etiam corrupit lacus: infecit pabula tabo. Ibi octauam Aegypti contritionem fecere excitatæ vndiqꝫ lo=cuſtæ tenentes ac terentes tegenteſqꝫ omia Hic octaua æque ſubuer=ſionem romani orbis excitatæ vndiqꝫ intulere gentes: quæ cædibus atqꝫ incendijs cunctas prouincias deleuerunt. Ibi noua turbatio diu=turnas & craſſas ac pene tractabiles tenebras habuit: plꝰ omnio peri=culi comminata q̄ fecit. Hic itidem. ix. correptio fuit cum Aureliano perſecutionem decernent diris turbinibus terribile ac triſte fulmen ſub ipſius pedibus ruit: oſtendens: quid cum vltio talis exigeretur: tantꝰ poſſet vltor: niſi & clemens eſſet & patiens: quāq̄ intra ſex ab hic menſes ſuccidui tres īperatores: hoc ē Aurelianꝰ Tacitꝰ & Florianꝰ diuerſis cauſis interfecti ſunt. Ibi poſtremo. x. plaga que & nouiſſima oīm fuit: interfectio filiorū: quos primos quippe genuerāt. Hic nihi=lominus. x. ideſt nouiſſima pœna oīm idolorū perditio ē: quæ primi=tus facta in primis amabāt. Ibi rex potentiam dei ſenſit: probauit: & timuit: ac per hoc populū dei liberū abire permiſit. Ibi nunq̄ populꝰ dei poſtea ad ſeruitutem retractus. Hic nunq̄ populus dei ad idola=triam coactus eſt. Ibi Aegyptiorum vaſa precioſa Hæbreis tradita ſunt. Hic in eccleſias chriſtianorum precipua paganorum templa ceſſerunt. Sane illud vt dixi denunciandū puto quia ſicut Aegyptijs poſt has. x. plagas dimiſſos Hebreos perſequi molientibꝰ irruit per ſuper in ductum mare æterna perditio. ita & nos libere quidem pe=regrinantes ſuperuentura quandoqꝫ perſecutio gentiliuꝫ manet: do=nec mare rubrum: hoc eſt ignem iudicij ipſo domino noſtro Iheſu Chriſto duce & iudice tranſeamus. Hi vero in quos Aegyptioruꝫ forma tranſfunditur ad tempus poteſtate permiſſa ſæuientes: graui=ſimis quidem permiſſu dei Chriſtianos cruciatibus perſequuntur.

Quita nec diſſimili vexatiōe vtriqꝫ ꝯfligantur Sextæ plagę ſimilitu=do.

Septimaꝫ comparatꝰ correptio=nem

Octauæ vaſtatiōis paritate afflicti ſūt & Aegip. & Ro. Nona item cala=mitatis ſi=militudīe opprimūtꝰ

Decimaꝫ poſtremo ꝑſecutio=nē cōparat

Ad hiſtoriã reuertit̃ Cõſtãtin⁹ p̃m⁹ iperatoꝝ chriſtianus Philippũ excipit

Verũtamen iidem omnes inimici Chriſti cũ rege ſuo antichriſto accæpto ſigno ignis æterni: in quẽ magna ĩpediente caligine dũ nõ videtur: intrãt: ꝑpetuã ꝑditionẽ immortalib⁹ arſuri ſupplicijs ſortientur. Igitur mortuo: vt dixi: Cõſtantino in Britãnia Cõſtantin⁹ imperator eſt creat⁹ primus iperatoꝝ chriſtian⁹: excępto Philippo: q chriſtian⁹ annis ad modũ pauciſſimis ad hoc tantũ conſtitut⁹ fuiſſe mihi viſ⁹ ẽ vt. m. Romæ annus Chriſto potius: q̃ idolis dicaret. A cõſtãtino aũt ſemp oẽs chriſtiani impatores vſq; ĩ hodiernũ diẽ creati ſũt: excæpto Iuliano: quẽ impia vt aiũt machinantẽ: exitialis vita deſeruit. Hæc ẽ lenta illorũ paganorũ pœna: ſed certa. Hinc ſani inſaniũt. Hinc non vulnerati cõpungunt̃. Hinc ridẽtes gemũt. Hinc viuentes deficiunt. Hinc ſecreto excruciãtur: quos nemo pſeqtur: Hinc iã pauciſſimi remanſerũt: q nunq̃ aliquo pſequẽte puniti ſũt. Verũtñ qualis tũc pleſecutores illos: de quorũ impunitate non ſolũ gloriari: ſed etiã inſultare conantur: finis manſit: expediã. Conſtantino in gallis ſtrenuiſſime rẽp. procurante pretoriani milites Romę Maxentiũ filium herculei: qui priuatus in Lucania morabatur: Auguſtum nũcupauerunt. Maximianus Herculeus iam ex auguſto priuatus: & adhuc publicus ꝑſecutor occaſione filij ſollicitatus: qui imperiũ abiecerat arripuit tyrãnidẽ. Galerius Auguſtus Seuerũ Cæſarẽ aduerſ⁹ Maxentium Romam mittit cũ exercitu. Seuerus cũ vrbem obſideret militum ſuoruꝫ ſcelere deſertus & prodit⁹: atq; ex eo fugiens: Rauennę interfect⁹ ẽ. Herculeus perſecutor: & ex auguſto tyrannis confirmatũ iam in imperio filium veſte ac poteſtate regia ſpoliare conatus eſt. Conuitijs autem ac tumultibus militum palam conterritus in Galliam prouectus eſt: vt Conſtantino genero æq; dolis iunctus auferret imperiũ: ſed per filiã deprehenſ⁹ & ꝓditus: deide in fugam verſus Maſſilię oppreſſus: & interfect⁹ ẽ. Porro Galerius occiſo Seuero Lyciniũ imperatorẽ creauit. Cũq; perſecutionẽ a Diocletiano & Maximiano miſſã ipſe atrociorib⁹ edictis accumulauiſſet: ac poſtq̃ ꝑ annos. x. omni genere hominũ exhauſit prouincias: putrefacto introrſũ pectore: & vitalibus diſſolutis: cũ vltra horrorem humanæ miſerię etiã vermes eructaret: mediciq; vltra iã fœtorẽ nõ ferentes crebro iuſſu eius occiderẽtur. a quodã medico conſtãtiã ex diſperatiõe ſumẽte increpit⁹: iã dei eſſe pœnã ſuam: atq; a medicis ideo nõ poſſe curari: edictis late miſſis chriſtianos de exilijs reuocauit. Ipſe autẽ cruciatus nõ ſuſtinẽs vim vitæ ſuæ attulit. Ita tunc reſpublica ſub nouis. iiij. principibus fuit. Conſtantino & Maxentio filijs auguſtorum. Lycinio autem & Ma-

Obiectionẽ itẽ ſolu itipunitatẽ non eſſe diuturniorẽ ex tyrãnorũ exitu demõſtrãſ

Seueri cædes

Max. ad priſtinã dignitatẽ recuperãdã anhelat

Max. herculæi cædes.

Infœlix Galerij exitus.

ximino hominibus nouis. Conſtantinus pacem eccleſijs poſt. x. annos: quæ a perſecutoribus vexabantur: indulſit. Deinde inter Cōſtātinū & Maxentiū bellū ciuile exortū ē. Maxentius ſæpe multis ꝑlijs fatigat⁹ ad pontē miluium vltimo victus & interfect⁹ ē. Maximinus perſecutionis chriſtianorū incētor: executorq; infeſtiſſim⁹ apd̄ Tharſum: dum ciuile bellū cōtra Lycinium diſponit: interijt. Lycini⁹ repētina rabie ſuſcitatus oēs chriſtianos e palatio ſuo iuſſit expelli. Mox bellū inter Lyciniū ipſum & Conſtantinū efferbuit. Sed cōſtantinus lycinium ſororis ſuę virum in Pannonia primū vicit: deinde apud Ciualas oppreſſit. Vniuerſa Græcia potitus Lyciniuz crebris bellis terra mariq; aſſurgentē & repreſſum: tandem ad deditionem coegit: ſed Herculei maximiani ſoceri ſui motus exemplo: ne iterū depoſitā purpuram in perniciē reip. ſumeret: priuatū iuſſit occidi: cuz omnib⁹ iam miniſtris nefariæ perſecutiōis extinctis: hunc quoq; in q̄tū exercere potuit: perſecutionem: digna punitio flagitaret Conſtantini filij. Criſpus & Conſtātin⁹ & Lycinius adoleſcens lycinij Auguſti fili⁹: Conſtātini aūt ex ſorore nepos cęſares ſunt creati. His dieb⁹ Arrius Alexandrinæ vrbis preſbyter a veritate fidei catholicę deuians: exitiale plurimis dogma conſtituit. Qui primū ſimul vt Alexandrię vī notus vel notatus inter confuſos vulgo ſectatores inſectatoreſq; factus ē: ab Alexandro eiuſdē vrbis tunc epiſcopo pulſus eccleſia eſt. Cūq; homines: quos in errorem ſeduxerat etiam in ſeditionem excitaret apud Niciam vrbem bithyniæ conuētus. ccc. xviij. epiſcoporū factus ē: per quos Arrianum dogma exitiale & miſerum ē euidētiſſie deprehēſū: palā ꝓditū ac reꝓbatū ē. Sed iter hęc latent cauſæ: cur vindicē gladiū & deſtinatam in īpios punitionez Conſtantinus imperator etiam in proprios egit affectus: nam Criſpuz filium ſuum & Lycinium filium ſororis ſuæ interfecit. Pręterea multas gentes diuerſis prœlijs ſubegit. Vrbem nomine ſuo Romanorum regum vel primis vel ſolus inſtituit. Quæ ſola expers idolorum adhoc breuiſſimo tempore condita a chriſtiano imperatore prouecta eſt: vt ſola romæ tot ſæculis miſerijſq; ꝓuectæ: forma & potentia merito poſſit æquari. Tum deinde primus Conſtantinus iuſto ordine & pio vicem vertit edicto: ſiquidem ſtatuit citra vllam hominum cædem paganorum templa claudi.

Conſtantinus & maximinus. Lycini⁹ & maximin⁹ imperant. Maxētij interitus. Maximin⁹ morit. Lycinij edictum in chriſtiāos. Arrius hereticus. Nicenū cōcilium. Arriana heresis īſectatur. Vrbs a Cō. condita. Paganorū templa claudunt.

¶ Hic Conſtantinus imperator iubet templa claudi. Cap. xix.

Gothi ꝓfligati.

MOx Gothorū fortiſſimas & copioſiſſimas gentes in ipſo barbarici ſoli ſinu:hoc eſt in Sarmatarꝝ regiōe deleuit Calocherū quendā in Cypro aſpirantem nouis rebꝰ oppſſit Tricēnalibus ſuis Delmatiū Cæſarē legit Cūq; bellum in Perſas moliretur in villa publica iuxta Nicomediā diſpoſitam bene rēpublicā filijs tradens:diē obijt. Anno ab vrbe cōdita.m.xcij. Con

Cōſtātini interitus

ſtantinus.xxxv.cū Conſtantino & Conſtante fratribus ſuis adeptꝰ imperiū.xxiiij.ānis tenuit. Fuit aūt inter ſucceſſores Cōſtātini & Delmatiꝰ Cæſar fratris filius:ſed cōtinuo militari factione deceptus eſt.

Cōſtantiꝰ cū cōſtātino & cōſtāte imperat Delmatiꝰ

Interea maligna ſēper aduerſus deū verū inſectatio diaboli quæ ab initio mūdi vſq; ad nunc:a ſincero tramite fidei religioniſq;: infuſis errorū nebulis:lubrica hominū corda perturbat:poſtq̄ chriſtianis imperatoribꝰ ſummā regiæ poteſtatis in melioravertentibus eccleſiam chriſti zelo idolatrię perſequi deſtitit aliud machinamētū: quo ꝑ eoſdē chriſtianos imperatores chriſti eccleſiā vexaret:inuenit. Fit igitur Arrio noui erroris auctori cæteriſq; diſcipulis ipſius ad familiaritatē Cōſtantij imperatoris prōptus aditus & facilis via. Suadetur Cō

Cōſtantij hereſis.

ſtantio:vt quoſdā in deo gradꝰ credat & qui per ianuā ab errore idolatriæ fuerat egreſſus :reuerſꝰ in ſinū eiuſdē in deo deos quęrit & tanq̄ par pſeudotyrō inducitur. Peruerſo igitur zelo poteſtas armatur illuſa:& ſub nomine pietatis vis perſecutiōis agitatur: De noui nois electiōe cōtēdit:vt Arrianorꝝ potius eccleſię q̄ catholicorū ſint Seqt̄ terræmotus horribilis:qui plurimas orientis vrbes ſolo ſtrauit Con

terremotꝰ

Cōſtantij cædes

ſtātius dum Conſtantē fratrē bello inſectatur:incauta petulātia periculis ſeſe offerēs a ducibus eius ociſus eſt Conſtās aduerſus Perſas & Saporem qui Meſopotammiam vaſtauerant:nouem prelijs parū proſpere decertauit. Seditione nouiſſime etq; intēperantia militū nocte ado riri pugnam eoactus:patratā pene victoriam inſuper victꝰ amiſit. Poſtq̄ ſe Conſtans intolerandis vitijs dediſſet:ac pœna prouin

Conſtans cæditur

cialium fauorem militum cōpararet. Magnentij dolis i oppido cui Helena nomen eſt in proximo Hiſpaniæ interfectus eſt. Magnentiꝰ

Magnētiꝰ īpio potit̄

enim apud Auguſtudunum arripuit imperiū quod continuo ꝑ Galliam & Aphricam Italiamq; porrexit. In illyrico autem Vetrauionē

Vetrauio īpatorā militibus appellatur

ætate grandeuum imperatorem ſibi milites creauerunt virum natura ſimplicem:cunctiſq; iocundum:ſed qui ne prima quidem vnq̄ litterarum elementa didiciſſet. Itaq; cum primas litteras:litterarumq; ſyllabas imperator ſenex:interdum inuitus meditaretur:a Conſtantio qui tunc in Magnentium vltione fratris accenſus bellum parabat

deponere iuſſus:imperiū abijciens cū litteris purpuras contentuſq; priuatis ferijs palaciū ſimul ſcholamq; dimiſit. Nepotianus deinde Romæ Cōſtantini ſororis filius:gladiatorum manu frætus inuaſit ī perium qui deinde cum improbus ac per hoc inuiſus cunctis eſſet a Magnentianis ducibus oppreſſus eſt. Sequitur bellū illud horribile inter Conſtantiū Magnētiūq; apud Nurſiam vrbem geſtum:in quo multa romanorū viriū ꝓfligatio etiā in poſterū nocuit. Magnentius tamen victus aufugit ac non multo poſt apud Lugdunum propria ſe manu interfecit. Decētius quoq; frater eiuſdem quem Cæſarem gal lis prefecerat:apud Senonas laqueo vitā finiuit. Conſtantius conti= nuo Gallū patrui filium Cæſarem legit:quē rurſus crudeliter ac ty= rānice agetem paulo poſtq̄ creauerat occidit. Siluanū quoq; per Gal lias rebus nouis inhiantē mature circūueniendū opprimendūq; cura uit. Igitur Siluano interfecto Iulianum patruelē ſuum Galli fratrem Cæſarem creatū miſit ad Gallias. Itaq; Iulianus Cæſar euerſas op= preſſaſq; ab hoſtib⁹ gallias ſtrenuiſſime in integrum reſtituit Alema norū paruis copijs magnā multitudinē fudit Rheno germanos reui xit. His elatus ſucceſſibus faſtigium vſurpauit Auguſti: & mox Ita= liā Illiricūq; peruadēs Conſtātiū Perthicis prelijs occupatum regni parte priuauit. Conſtantius Iuliani ſcelere comperto:dimiſſa expe= ditione Parthorum:dum ad ciuile bellū reuertitur in itinere īter Ci liciam Cappadociamq; defunctus eſt. Ita ille qui diſciſſa pace& vni= tate fidei catholicæ chriſtianos aduerſus chriſtianos armans ciuili: vt ita dicam:bello:eccleſiæ membra dilacerauerat:totum inquietum tempus imperij ſui:moleſtumq; ſpatiū vitæ ſuæ bellis ciuilib⁹ etiam per propinquos & conſanguineos excitatis exercuit:exegit:expedit Anno ab vrbe condita.m.c.xvi. Iulianus iam dudum Cæſar:poſt au tem.xxxvi. ab Auguſto regno potitus anno vno & menſibus octo imperij ſummam ſolus obtinuit. Chriſtianam religionem arte poti⁹ q̄ poteſtate inſectatus:vt negaretur fides chriſti: & idolorum cultus ſuſciperetur:honoribus magis prouocare:q̄ tormentis cogere ſtudu it. Aperto tamen præcepit edicto:ne quis chriſtianus docendorum liberalium ſtudiorum profeſſor eſſet. Sed tamen ſicut a maiorib⁹ no ſtris compertum habemus:omnes vbiq; propemodum præcæpti cō ditiones amplexati:officium q̄ fidem deſerere maluerunt. Iulianus autē bellum aduerſus parthos parans cum romanas vires contra= ctas vndiq; ad deſtinatam ſecum retraheret perditionem: chriſtiano rum ſanguinem dijs ſuis vouit:palam perſecuturus eccleſias ſi victo

Vetrauio litterarū expers.
nepotian⁹ imperium occupat
Prælium cruentum
Magnēti⁹ i ſeſe ma= nū intulit
Decentij interitus
Gall⁹ & ſil uanus cæ duntur.
Iulianige ſta i Gall.
Iulian⁹ de occupādo iperio con tendit
Cōſtantij interitus
Iul. impiū adept⁹ eſt.
Iul. xp̄ia= ni nois in= ſectator

*Impiũ Iuliani votũ*

riã potuiſſet adipiſci:nã & amphiteatrũ Hieroſolymis extrui iuſſit:i
quo reuerſ⁹ a parthis epiſcopos:monachos: omneſq; ei⁹ loci ſãctos
beſtijs etiã arte ſæuiorib⁹ obijceret:ſpectaretq; laniãdos. Itaq; poſtq̃
a Creſiphonte caſtra mouit:dolo cuiuſdã trãſfugæ in deſerta pduct⁹
cum vi ſitis & ardore ſolis:atq; inſuper labore harenarũ cõfectus pa
riret exercitus:iperator tãto rerũ periculo anxius dũ pervaſta deſerti

*Iuliani interitus*

incauti⁹ euagatur:ab obuio quodam hoſtiũ equite cõto ictus interijt
Sic miſericors de⁹ impia cõſilia impij morte diſſoluit. Anno ab vrbe

*Iouinian⁹ rerum potitur.*

condita.m.xcvij. Iouinianus.xxxvij. imperator in ſũmo rerum diſ-
crimine ab exercitu creat⁹:cum & locorũ iniquitate captus:& hoſtib⁹
circũſæptus: nullã euadendi facultatẽ nãciſcetur:fœdus cu; Sapore

*Fœdus Iouiniani cũ Sapore.*

rege Perſarũ:& ſi parũ putant dignum:ſatis tamen neceſſarium pepi
git:quippe tutum & incolumẽ Romanũ exercitum non ſolum ab in-
curſu hoſtium verumetiam a locorum periculo liberaret. Niſibię op

*Iouiniani exitus*

pidum & partem ſuperioris Meſopotammiæ Perſis conceſſit Inde
dum Illyricum rediens per Galatiam iter agit:cum i cubiculũ quod

*valẽtinia. Xp̃ianæ pietatꝭ cultor impat*

dam nouum ſeſe cubitũ recæpiſſet:calore prunarum & nitore parie-
tũ nuper calce illitorum aggrauatus & ſuffocatus octauo demũ men
ſe q̃ imperare cœperat vitã finiuit. Anno ab vrbe condita.m.xcviij.
Valentinianus.xxxviij.apud Niceã cõſenſu militũ impator creatus
eſt:mãſitq; in eo annis.xi.qui cũ chriſtianus Integra fide ſacramen-
tum militiæ gereret:& ſub Iuliano Auguſto tribunus ſcutariorũ iuſ
ſus ab ipatore ſacrilego aut immolare idolis: aut militia excedere fi-
deliter ſciẽs & grauiora dei eſſe iudicia & meliora promiſſa:ſpõte diſ

*Valẽtinian⁹ fratrem Valẽtẽ impij ꝯſortẽ aſciuit*

ceſſit. Ita parua interiecta mora: Iuliano interfecto:ac mox Iouinia-
no mortuo:qui pro chriſti noie amiſerat tribunatũ:retribuẽte chriſto
in locũ perſecutoris ſui accæpit imperiũ qui poſtea fratrẽ ſuũ Valen
tẽ participẽ fecit iperij & Procopiũ tyrãnũ pluresq; poſtea ſatellites
eius occidit. Terræmot⁹ per totũ terrarum orbẽ fact⁹ ita turbatũ quoq;

*Vehemẽs terręmot⁹*

pelagus excuſſit:vt per vicinas terrarũ campeſtriũ partes:refuſo ma-
ri plurimæ inſularũ vrbes cõcuſſæ & ſubrutæ perijſſe referantur Va-

*Valẽs impietatꝭ arrianæ fautor*

lens ab Eudoſio epiſcopo Arriani dogmatis aſſertore:& baptizatus
& perſuaſ⁹ in ſæuiſſimã hereſim declinauit ſed malignam in ſecutio
nẽ diu texit;nec voluntati poteſtatẽ admiſcuit quo ad viuentis fr̃is
auctoritate compreſſus eſt Contemplabatur.n.de eo q̃tam vim in vl-
ciſcenda fide imperator poſſet exercere.qui tantam conſtantiam pro
retinenda quondã miles habuiſſet Horũ ãno iperij tertio Gratian⁹ Va
lentiniani filius imperator eſt fact⁹ Eodẽ anno apud Atrebatas vera

lana de nubib⁹ pluuiæ mixta defluit. Præterea Athanaricus rex gothorũ chriſtianos gente ſua crudeliſſime perſecutus plurimos barbarorũ ob fidẽ interfectos ad coronã martirij ſublimauit: quorũ tamen plurimi in romanũ ſolũ nõ trepidi velut ad hoſtes: ſed certi:ꝙ ad fratres ꝑ Xp̄i cõfeſſione fugerent. Valẽtinian⁹ Saxonũ gentẽ in oceani littoribus & paludibus inuijs ſitam virtute atq; agilitate terribilẽ periculoſam Romanis finibus: eruptionem magna mole meditantẽ in ipſis francorũ finibus oppreſſit Burgũdionũ quoq; nouorꝶ hoſtiũ nouũ nomẽ: qui pluſq̃. lxxx. m. vt ferunt armatorꝶ ripæ Rheni fluminis incederũt. Hos quoddã ſubacta interiore Germania a Druſo & Tyberio adoptiuis filijs Cæſaris Auguſti per caſtra diſpoſitos aiunt in magnã coaluiſſe gentẽ atq; etiã ira nomẽ ex opere p̄ſũpſiſſe: quia crebra per limitẽ habitacula cõſtituta Burgos vulgo vocãt: eorũq; eſſe ꝑ ualidã & ꝑniciosã manũ Galliæ hodie quæ teſtes ſunt: in quibus pre ſũpta poſſeſſioue conſiſtunt q̃uis ꝓuidẽtia dei oẽs chriſtiani mõ facti catholica fide noſtriſq; clericis quib⁹ obedirent: recæptis blande manſuete: innocenterq; viuant: non quaſi cum ſubiectis gallis: ſed vere cum fratribus chriſtianis. Anno autem. xi. imperij ſui Valentinian⁹ cum Sarmatæ gentes ſeſe per Pannonias diffunderent: eaſq; vaſtarent: bellum in eos parans: apud Brigitionem oppidum ſubita effuſione ſangninis: quod græce apoplesis vocatur ſuffocatus & mortuus eſt. Poſt quem Gratianus filius eius occidentis imperium tenuit Valente patruo in orientis patribus conſtituto Valentianum etiam fratrem ſuum paruum admodum ſocium creauit imperij. Anno ab vrbe condita. m. c. xxviij. Valens. xxxix. imperium. iiij. annis Valẽtiniano mortuo tenuit: qui ſolus cum impie ageret: & poſſet erubeſcere: ilico velut effrenata liber audacia ſedem dedit vt monachi. i. xp̄iani qui ad vnum fidei opus dimiſſa ſecularium rerum multimoda actione ſe redegerant: ad militiam cogerentur Vaſtas illas tunc Aegypti ſolitudines harenaſq; diffuſas quas propter ſitim ac ſterilitatem periculoſiſſimamq; ſerpentum abundantiam conuerſatio humana non noſſet: magna habitantium monachorum multitudo compleuerat. Hic tribuni & milites miſſi qui ſanctos ac veros milites dei alio nomine perſecutionis abſtraherent: interfecerunt ibi agmina multa ſanctorum: quæ autem per diuerſas vbiq; prouincias his ſimilibuſq; iuſſis aduerſus eccleſias catholicas: & rectæ fidei populos geſta ſint ſatis ſignificatum ipſa reticendi electione ſufficiat.

Interea in Aphrice partibus Firmus ſeſe excitatis Maurorum

Gatian⁹ impator lana pluiſ ſe

Athanarī c⁹ xp̄ianuſ inſectatur

Saxões & Burgũdiones a valẽtiniano ſuperantur burgũdionũnonum nomen.

Va, iterit⁹

apopleſis

Gratian⁹ ĩpio occi dẽt. potiẽ

Valẽtis ferocia ĩ monachos.

Monachi cæduntur

Firm⁹ varios vaſtat populos.

gentibus regem conſtituens: Aphricam Mauritaniamq́ vaſtauit Cæſaream vrbem nobiliſſimam Mauritaniæ dolo captam deinde cędibus incendijſq́ completam barbaris in predam dedit Igitur comes Theodoſius Theodoſij qui poſt imperio prefuit patre: a Valente miſſus effuſas Maurorum gentes multis preſijs fregit: ipſumq́ Firmum afflictum & oppreſſum coegit ad mortem. Poſt cum experientiſſima ꝓuidentia totam cum Mauritania Aphricam meliorē priſtinis legib⁹ reddidiſſet: inſtimulante & obrepente iuidia iuſſus interfici apud Carthaginem baptizari in remiſſionem peccatorum preoptauit. At poſtq̄ ſacramentum chriſti quod quæſierat aſſecutus ē poſt glorioſam ſæculi vitam etiam de vitæ æternitate ſecurus ꝑcuſſori iugulum vltro prebuit. Gratianus interea imperator admodum iuuenis: cum inæſtimabilem multitudinem hoſtium romanis infuſam finibus cerneret: frætus Xp̄i potentia longe impar militum numero ſeſe in hoſtem dedit & continuo apud Argentariam oppidum galliarum formidoliſſimum bellum incredibili felicitate cōfecit nam plus quam triginta milia Alemanorum minimo Romanorum detrimento in eo prelio interfecta narrantur. Tertiodecimo autem anno impij Valentis: hoc eſt paruo tempore poſteaq̄ Valens per totum orienteꝫ eccleſiarum lacerationes: ſanctorumq́ ſedes egerat: radix illa miſeriarum noſtrarum copioſiſſimos ſimul fructices germinauit: ſiquidē genus Hunnorum diu in acceſſis ſecluſa montibus repentina rabie ꝑcita exarſit in gothos: eoſq́ ſparſim conturbatos ab antiquis ſedibus expulit Gothi tranſito Danubio fugientes a Valente ſine vlla fœderis pactione ſuſcæpti: ne arma quidem quo tutius barbaris crederetur: tradidere Romanis. Deinde propter intolerabilem auariciaꝫ Maximi ducis: fame & iniurijs adacti in arma ſurgentes victo Valentis exercitu per Thraciam ſeſe miſcentes ſimul omnia cædibus: incendijs rapiniſq́ fœdarunt. Valens egreſſus de Antiochia: cū vltima infelicis belli ſorte traheretur: ſera peccati maxima pœnitentia ſtimulatus epiſcopos cæteroſq́ ſanctos reuocari de bellis imparuit. Itaq́. xv. imperij ſui anno lachrymabile illud in Thracia cum gothis iam tunc exercitatio virium rerumq́ abundantia inſtructiſſimis geſtit Vbi primo ſtatim impetu gothorum perturbatæ romanorum equitum turmæ nuda peditum deſeruere preſidia. Mox legiones peditum vndiq́ equitatu hoſtium cinctæ: ac primum nubibus ſagittarum obrutæ: deinde cum amentes metu ſparſim per deuia cogerentur: funditus cæſæ gladijs inſequentum: cōtiſq́ per

Theodoſij comitiſ ſucceſſus

Theodoſius interfecturus petit baptizari.

Gratiani victoria

Jordan. de Get. f. 273.

Hūnoruꝫ mot⁹ Gothi a ſuis ſedib⁹ expulſi

Ro. cędes

Valentis edictū de reuocādis cleris.

ierunt. Ipſe imperator cũ ſagita ſaucius verſuſq; in fugã ægre icuiuſ dam villulæ ce iam deportatus lateret ab inſequẽtibus hoſtibus deprehenſus: ſubiectoq; igne conſumptus eſt & quo magis teſtimonium punitionis eius & diuinæ indignationis terribili poſteris eſſet exemplo: communi caruit ſepultura. Conſoletur ſe & in hoc peruicacia miſeriaq; gentilium quia temporibus & regibus Chriſtianis tantæ ſimul cõgeſtæ clades preſſam reipub. onerare ceruicẽ: euerſæ prouinciæ deletus exercitus: imperator: incenſus. Magnum reuera hoc eſt ad noſtrum dolorem magiſq; miſerum quo magis nouum Sed quia hoc ad conſolationẽ proficit paganoꝝ qui palam preuident & in his quoq; pſecutorẽ eccleſiarũ fuiſſe punitum Vnus deꝰ nam fidẽ tradidit: vnã eccleſiam toto orbe diffudit: hãc aſpicit: hãc diligit: hãc defẽdit Qu olibet ſe quiſq; nomine tegat. ſi huic non ſociatur alienꝰ ſi hanc impugnat inimicus eſt. Conſolentur ſe gentiles inqtum volunt Iudeorum hæreticorũq; ſupplicijs tantũ & vnũ deũ eſſe: & eũdẽ perſonaꝝ accæptorem non eſſe: vel ex hac potiſſime Valãtis extincti impro batiõe fateatur Gothi antea per legatos ſupplices popoſcerũt: vt illis epi: a quibꝰ chriſtianæ fidei regulam diſcerent: mitterẽtur Valẽs imperator exitiabili prauitate detẽtus doctores Arriani dogmatis miſit Gathi primæ fidei rudimẽtum qđ accepere tenuerũt Valẽs catholicæ fidei normã quã prius habuerat derelinquẽs peruerſo Arrianoꝝ dogmati ſeſe illexit. Itaq; iuſto dei iudicio ipſi eũ viuũ incederũt q propter eũ etiã mortui vitio erroris arſuri ſũt. Anno ab vrbe cõdi ta. m. c. xxij. Gratianꝰ. xl. ab auguſto poſt mortẽ valẽtis ſex ãnis imperium tenuit q̃uis iam dudum antea cũ patruo Valente & cũ Valentiniano fratre regnaret: q cũ afflictum ac pene collapſũ reip. ſtatũ videret eadẽ puiſione qua quõdã legerat nerua Hiſpanũ virũ Traianũ. per quẽ reſp. reparata eſt: legit & ipſe Theodoſiũ æque Hiſpanũ virũ & reſtituẽdæ reip. neceſſitate apud Syrmũ perpnrã indui orientiſq; & Thraciæ ſimul p̃fecit impio hoc perfectiore iudicio: quia cũ in oibꝰ hũanæ vitæ virtutibꝰ iſte par fuerit in fidei ſacramẽto religioniſq; cultu ſine vlla cõparatione p̃ceſſit: ſiquidẽ ille pſecutor hic ppagator eccleſiæ: Ita illi ne vnꝰ quidẽ proprius filiꝰ quo ſucceſſore gauderet indultus ẽ. Huius autem orienti ſimul atq; occidenti per ſucciduas vſq; ad nunc generationes glorioſa propagatio dominatur.

Vnꝰ deus

Valẽs arrianę ipietatis aſſertor

Gratianꝰ Theodoſiũ ꝫ iperij ꝯſortẽ fecit.

¶ Creatus imperator Theodoſius a Gratiano Conſtantinopoli intrauit victor. Cap. xx.

Theodoſij ſucceſſꝰ.

Taqꝫ Theodoſiꝰ afflictã rempu. ira dei: reparandam cre-
didit mĩa illius: omnẽqꝫ fiduciã ſui ad opẽ chriſti cõferẽs
maximas illas Scythicas gẽtes formidataſqꝫ cũctis maio-
ribus Alexandro quoqꝫ illi magno: ſicut Pompeius Cor-

Alani Hũni & Gothi a The. vincũtur.

neliuſqꝫ teſtati ſunt: euitatas: nũc aut extincto romano exercitu: Ro-
manis equis armiſqꝫ īſtructiſſimas: hoc eſt Alanos: Hũnos & Gothos
incũctanter aggreſſꝰ magnis multiſqꝫ p̄lijs vicit Vrbẽ Cõſtantinopoli
victor intrauit: & ne paruã romani exercitus manũ aſſidue bellãdo de-

Athanarici interitꝰ.

tereret: fœdus cũ Athanarico Gothorũ rege ꝑcuſſit Athanaricus aũt
continuo vt Cõſtantinopolim venit: diẽ obijt. Vniuerſæ gothorũ gẽ-

Gothorũ deditio.

tes defuncto aſpiciẽtes virtutẽ benignitatẽqꝫ Theodoſij romano ſe-
ſe imperio dediderũt In his etiã diebꝰ perſæ: qui Iuliano interfecto:

Inter the. & Perſas pactũ ẽ fœdus.

alijſqꝫ imperatoribus ſæpe victis: nũc etiã Valente in fugã acto recẽ-
tiſſime victoriæ ſocietatẽ cruda inſultatiõe ructabãt: vltro Cõſtãtino-
polim ad Theodoſiũ miſere legatos: pacẽ ſuppliciter poſtulãtes: ictũ-
qꝫ tũc fœdus eſt: quo vniuerſus oriẽs vſqꝫ ad nũc trãquilliſſime fruit.

Arcadiꝰ vna cũ p̄re The. iꝑat.

Interea cũ Theodoſiꝰ in oriente ſubactis barbarorũ gentibus: Thra-
cias tandem ab hoſte liberas reddidiſſet: & Arcadiũ filiũ ſuũ cõſortẽ
feciſſet imperij. Maximꝰ vir quidẽ ſtrenuus & probus: atqꝫ Auguſto

Maximꝰ imperator

dignꝰ: niſi cõtra ſacramẽti fidẽ per tyrãnidẽ emerſiſſet: in Britãnia iui-
tus ꝓpemodũ ab exercitu iꝑator creatꝰ in galliã trãſijt: vbi Gratia-

Gratiani interitus.

nũ Auguſtũ ſubita incurſione perterritũ: atqꝫ in Italiã trãſire meditã-
tã dolis circũuentũ interfecit: fratrẽqꝫ eius Valentinianum Auguſtũ
italia expulit.

¶ Valentinianus in oriẽtẽ refugiens a Theodoſio paterna pie-
tate ſuſcæptꝰ: mox etiã imperio reſtitutus eſt. Cap. xxi.

Anni iꝑij theodoſij. Bellum ciuile.

Nno ab vrbe condita. m. c. xxxviij. Theodoſiꝰ. xli. interfe-
cto a Maximo Gratiano imperiũ Romani orbis obtinuit
mãſitqꝫ in eo annis. xi. cũ iã in oriẽtis partibꝰ. vi. ãnis Gra-
tiano viuẽte regnaſſet. Itaqꝫ iuſtis neceſſarijſqꝫ cauſis ad

The. ſola fide ductꝰ ī Maximũ hoſtiliter deſcendit

bellũ ciuile permotꝰ: cũ e duobꝰ auguſti fratribꝰ: & vltionem vniꝰ inter-
fecti ſãguis exigeretur: & reſtitutionẽ miſeria alterius exultãtis ora-
ret: poſuit in deo ſpẽ ſuã: ſeqꝫ aduerſus Maximũ tyrannum ſola fide
maior: nã longe minor erat vniuerſa apparatus bellici ꝑparatione: ꝑ-
ripuit: Aquileiæ tũc maximus victorię ſuæ ſpectator incederat.

andragatius obſidione deſerit

Andragatius vero comes eius ſummam belli adminiſtrabat: qui cũ
largiſſimis militum copijs: ipſaqꝫ magnarum copiarum fortitudine
precellente cõſilio omnes incredibiliter alpiũ ac fluminum aditus cõ-

muniſſet:ineffabili iudicio dei:nauali expeditiõe dũ incautũ hoſtem
ꝑuenire & obruere parat:ſponte eadẽ quæ obſtruxerat clauſtra deſer
uit Ita Theodoſius nemine ſẽtiẽte:vt nõ dicã repugnãte:vacuas trãſ
miſit alpes atqꝫ Aquileiã improuiſis aduenïẽs hoſtẽ illum magnũ.
Maximuꝫ trucẽ & ab immaniſſimis quoqꝫ germanoꝝ gẽtibꝰ tributa Ma.cedeſ
ac ſtipendia ſolo terrore nois exigẽtem ſine dolo & cõtrouerſia clau=
ſit:cæpit & occidit. Valentinianꝰ recæpta Italia potitꝰ imperio ẽ. An An.exitꝰ
dragacíꝰ comes cognita Maximi nece precipitẽ ſeſe e naui in vndas The.faci ꝑ
dedit ac ſuffocatꝰ eſt. Theodoſius incruẽtã victoriã deo procurante victoria
ſuſcepit. Ecce regibꝰ & tpibꝰ Xp̄ianis qualiter bella ciuilia cũ vitari
nequeunt:trãſiguntur. Ad victoriã peruentum ẽ.irrupta eſt ciuitas.
correptus tyrannꝰ:& hoc parũ & hoc parũ ẽ. Ecce apte alia victꝰ hoſti
lis exercitus atqꝫ ipſo tyranno truculeͤtior comes tyrãni ad mortẽ co=
actus tantæ diſſolute eluſæqꝫ inſidiæ:tanti apparatꝰ exinaniti ſũt &
tñ nullus dolos ſtruxit.nullꝰ aciem diſpoſuit:poſtremo nullus.ſ. gla
diũ de vagina extulit. Formidoloſiſſimum bellum ſine ſanguine vſqꝫ
ad victoriam:& in victoria duorum morte cõfectum eſt Et ne hoc qſ
q̄ caſu factũ putet:quo magis potentia dei qua diſpenſantur: & iudi
cantur vniuerſa propalato ſui teſtimonio declaratur: obſtrepentium
mentes vel ad confuſionem vel ad fidem cogar:dico rem ignotã om
nibus & omnibus notã. Poſt hoc bellum quo Maximus interfectus
eſt multa vtiqꝫ ſicut oẽs recognoſcimus Theodoſiumqꝫ filium eius
Honorium vſqꝫ ad nunc externa bella & ciuilia conſecuta ſunt:& ta
men omnia pene vſqꝫ in hodiernum diẽ equidem cum fructu ſimpli Valẽtinia
cis ſanctæqꝫ victoriæ:vel nullo vel minimo ſanguine quieuerunt nus iunior
Igitur Valentinianꝰ iunior regno reſtitutus extincto Maximo:eiuſ= imperat
qꝫ filio victore:quem imperatorem gallis Maximus relinquens pre Val.exitꝰ
fecerat:ipſe in galliam tranſiuit:vbi cum tranquilla repu.in pace age
ret:apud Viennam dolo Arbogaſtis comitis ſui:vt ferũt: ſtrangulatꝰ
atqꝫ vt voluntaſiã ſibi cõſciuiſſe mortẽ putaret laqueo ſuſpenſus eſt

¶ Arbogaſtes Valentiniano imperatore occiſo ſtatim Eugeni
um tyrannũ fecit imperatorem. Ca.xxij.

MOrtuo Valentiniano Auguſto Arbogaſtes Eugenium ty Eugeniꝰ
rannũ mox creare auſus ẽ legitqꝫ hominem: cui titulum imperiuꝫ
imperatoris imponeret:ipſe acturus imperium vir barba occupat
rus aio conſilio:manu:audacia potentiaqꝫ nimius : con=
traxit vndiqꝫ innumeras inuictaſqꝫ copias vel Romanorum preſidi
is vel auxilijs barbarorum alibi poteſtate:alibi cognatione ſubnixꝰ

Hiſtoriam notam etiam oculis plurimorum q̈ melius qui ſpectauere
nouerunt, Dilatari non opus ē verbis:potentia dei non fiducia homi
nis victorem ſemper extitiſſe Theodoſium. Arbogaſtes iſte precipu
um in vtroq; documentū ē:qui & tunc cū Theodoſio paruit:tātis in-

Arbogaſtes.

ſtructum preſidijs Maximū ipſe minimis cæpit:& nūc cū aduerſus
eundē Theodoſium collectis Gallo℞ Francorūq; viribus exunda-
uit:nixus etiam p̄cipuo cultu idolo℞:magna tamen facilitate ſuccu
buit. Eugeni⁹ atq; Arbogaſtes iſtructas acies cāpis expedierant:ar-
cta alpiū latera atq; ineuitabiles tranſit⁹:premiſſis callide iſidijs occu
parant: vt etiā ſi numero ac virib⁹ impares forent:ſola tamē belli diſ-
poſitione victores Ad vero Theodoſi⁹ in ſūmis alpib⁹ cōſtitut⁹ ex-
pers cibi:ac ſomni ſciēs ꝙ deſtitut⁹ ſuis:neſciēs ꝙ clauſus alienis:do

Eugenij Arbogaſtis conat⁹ ĩ Theodoſiū Theo. diuinū inuocat auxilium.

minū Chriſtū ſol⁹ ſolū q poſſet oia:corpore humi fuſus:mēte cælo fi
xus orabat. Dehinc poſtq̄ inſōnē noctē precum cōtinuatione tranſe-
git:& teſtes ꝓpemodū quas in preciū preſidij cæleſtis appōderat⁹ la
chrymarum lacunas reliquit fiducialiter arma corripuit ſolus. Sciēs
vero ſe eſſe nō ſolū ſigno crucis tuendū:ſed & victoriā adepturum:ſi-
gno crucis ſe muniens ſignū victoriæ dedit:ac ſe in bellū:etiam ſi ne
mo ſequeretur:victor futur⁹ immiſit. Prima ſalutis via extitit. Arbi
trio hoſtiliū partium comes:q cum ignar℞ imperatorē circumpoſitis
excæpiſſet inſidijs:cōuerſ⁹ ad reuerentiā præſētis auguſti non ſolu;
periculo liberauit:verū etiam inſtruxit auxilio. At vbi ad contigua
immiſcēdæ pugnæ ſpatia peruentū ē:cōtinuo magnus ille & ineffa-
bilis turbo vēto℞ in ora hoſtiū ruit. Ferebantur per aere; ſpicula no

Signū crucis ꝓmunitione accipit The.

ſtrorum atq; vltra menſuram humani iactus per magnū inane porta
ta:nunq̄ propemodū cadere priuſq̄ impigerēt ſinebantur. Porro tur
bo aut continuus ora pectoraq; hoſtium nunc illiſis grauiter ſcutis
euerberabat:nunc impreſſis pertinaciter obſtructa claudebat:nunc
auulſis violēter deſtituta nudabat:nūc oppoſitis iugiter in terga tru

Auxiliu; cœleſte

debat:tela etiā quæ ipſi vehementer intorſerāt:excæpta ventis impe
tu ſupinata atq; retrorſum coacta ipſos infeliciter configebant Pro
ſpexit ſibi humanæ conſcientiæ pauor:nā continuo ſeſe parua ſuo-
rum manu fuſa victori Theodoſio hoſtilis ſtrauit exercitus.

Eugenij & Arb. interitus.

¶ Eugenius tyrann⁹ captus ē & occiſus. Cap. xxiij.

EVgenius captus atq; interfect⁹ ē. Arbogaſtes ſua ſe ma-
nu perculit. Ita & hic duorum ſanguine bellū ciuile reſti
ctum ē abſq; illis .x. M. Gothorū:quos premiſſos a Theo
doſio Arbogaſtes deleſſe funditus fertur:quos vtiq; ꝑdi

diſſe lucrum:& vinci vincere fuit:Non inſulto obtractatoribus noſtris. Vnum aliquod ab initio vrbis conditæ bellum proferant tã pia neceſſitate ſuſceptũ:tã diuina fœlicitate confectũ:tam clæmenti benignitate ſopitũ:vbi nec pugna grauẽ cædẽ:nec victoria cruentã exegerit vltionem:& fortaſſe concedã:vt non hæc fidei chriſtiani ducis conceſſa videant̃:q̃uis ego hoc teſtimonio non laborẽ:quãdo vnus ex ipſis poeta q̃dem eximius:ſed paganus peruicaciſſimus huiuſmodi verſib⁹ & deo & homini teſtimoniũ tulit:q̃bus ait O nimiũ dilectæ deo:tibi militat æther. Et coniurati veniunt ad claſſica venti. Ita cœlitus iudicatum ẽ inter partẽ etiã ſine præſidio hominuꝫ de ſolo deo humiliter ſperãtem & partẽ arrogãtiſſime de virib⁹: ſuis:& de idolis preſumentẽ. Theodoſius aũt compoſita tranquillataq; repub. apud Mediolanum conſtitutus diem obijt. Claudianus.

¶ Arcadi⁹ & Honori⁹ regnũ iperij Romani ſuſceperũt. cap. xxiiij. The. iteritus.

Anno ab vrbe condita. m.c.xlix. Arcadius Auguſtus:cui⁹ nunc filius Theodoſius orientẽ regit:& Honori⁹ Auguſtus frater ei⁹:cui nunc reſpu. innititur. xlij. loco commune impium:diuiſis tantũ cædib⁹ tenere cæperunt vixitq; Arcadius poſt patris exceſſũ annis. xij. imperijq; ſummã Theodoſio filio ſuo paruo admodũ moriens tradidit. Interea Gildo comes qui in initio regni eorũ Aphricæ preerat:ſimul vt defunctũ Theodoſiuꝫ cõperit:ſiue vt quidã ferunt:quadã ꝓmotus inuidia: Aphricã orientalis imperij partib⁹ iungere molitus ẽ:ſiue vt alia tradit opinio: minimam in paruulis ſpem fore arbitrat⁹:ꝑſertim cũ abſq; his non facile antea quiſq̃ puſillus in iperio relictus ad maturitatem virilis ætatis euaſerit iſtiq; ꝓpemodũ ſoli inueniantur:quos ob gratiam patris ac ſuam fidem & diuiſos & deſtitutos chriſti tutela prouexerit. Aphricam exceptam a ſocietate reipu. ſibi vſurpare auſus ẽ gentili magis licentia contentus:q̃ ambitu regiæ affectiõis inflat⁹. Huic Maſcezel frater fuit qui nouarum rerum molitiones in fratre ꝑhorreſcens cuꝫ filijs adoleſcentibus in Italiam redijt. Gildo & abſentiam fratris & preſentiam filiorum eius ſuſpectaꝫ habens:adoleſcentes dolo circũuentos interfecit. Ad hunc iam vt hoſtem bello inſequenduꝫ Maſcezel frater miſſus eſt quem idoneum ꝓcurandæ reipub. forũ propriȩ orbitatis recens dolor pollicebatur. Igitur Maſcezel iam inde a Theodoſio ſciens:quãtum in rebus deſperatiſſimis oratio hominis per fidem Xp̃i a clæmentia dei impetraret:caprariam inſulam adijt vnuꝫ ſecum ſctõs ſeruos dei aliquot permotus precibus ſuis ſumpſit:cũ

Arcadi⁹ & Honorius impatorȩs

Gildo impiũ molit̃.

Maſcezel Gildoneꝫ fratrem de occupãdo impio agitãtem inſectatur.

Gildonis parricidia

Maſcezel Theo. exéplo deum precat̃

his orõnibus ieiunijs pſalmis dies & noctes continuãs ſine bello victoriam meruit:ac ſine cęde vindictã. Ardalio fluminis nomẽ ẽ:quod fluit inter Threbaſtẽ & Metridetam ciuitates vbi cũ parua manu, hoc eſt cũ. v. m. vt aiunt:militũ cõtra. lxx. m. hoſtiũ caſtrametatus:cũ interiecta mora excedere loco:oppoſitaſq; preiacẽtis vallis anguſtias trãſgredi vellet:intercurrente nocte beatũ Ambro. epiſcopũ Mediolani paulo ante defũctũ p ſomniũ ſibi videre viſus ẽ:ſignificantẽ manu & impacto ad humũ ter baculo dicẽtẽ. hic. hic. hic. Quod ille prudẽti cõiectura intellexit:merito annũciãtis fidẽ victoriæ: verbo locũ nũero diẽ ſignificari Subſtitit ac tertio demũ die poſt noctem orationibus hymniſq; peruigilem mũitus ipſis cœleſtiũ ſacramentorũ myſterijs:in hoſtẽ circũfuſũ pceſſit. Et cũ ad eos q primi occurrerant pia pacis verba iactaret:ſigniferũ quẽdã inſolẽter obſiſtentẽ:iam iãq; pugnã excitantẽ:gladio pcuſſit in brachio:eũq; manu debilẽ ipſo vulnere coegit pronũ inclinare vexillũ. Quo viſo reliquę cohortes deditionẽ iã fieri priorum æſtimãtes:certati ſeſe ad Maſcezelem ſignis tradidere conuerſis. Barbari:quorũ magnã multitudinẽ Gildo ad bellum deduxerat defectu militum deſtituti in diuerſa fugerunt.

Diu⁹ Ambroſi⁹ Maſcezele₃ p quietẽ monet de victoria

¶ Gildo occiſus eſt. Cap. xxv.

Gildo & ipſe fugã molitus:arrepta naui:vt in altũ puect⁹:ac deinde reuocat⁹ in Aphricã ẽ:poſt aliquot dies ſtrãgulatus interijt. Periclitaremur ſub tantorũ miraculorũ relatu:quaſi pſumpta mentiẽdi ipudẽtia:ſi adhuc voce₃ noſtrã:cõſcientia eorũ q interfuere:non pcurreret. Nullę agunt̃ inſidię: nulla corruptio & . lxx. m. hoſtium vincunt̃. Pene ſine pugna fuit victus ad tẽpus ne plus audeat victor irat⁹. Tranſportat̃ in diuerſũ locum:vt neſciatur a fratre occidi:quo vindicẽt̃ occiſi. Sane idẽ Maſcezel elatus rerũ ſecundarũ inſolentia poſt habito ſanctorũ cõſortio cũ qbus antea deo militãs vicerat:etiã eccleſiã temerare auſus ẽ:atq; ex ea quoſdam nõ dubitauit extrahere. Secuta ẽ pœna ſacrilegũ:nã ijſdẽ ſuperſtitibus atq; inſultãtib⁹:quos ab eccleſia ad pœnã protraxerat:poſt aliquantũ tẽp⁹ ſolus ipſe punit⁹ ẽ pbauitq; in ſe vno ad vtrũq; ſẽp diuinũ vigilare iudiciũ quãdo & cũ ſpauit adiutus & cũ cõtempſit:occiſus ẽ Interea cũ a Theodoſio iperatore ſeniore ſingulis potiſſimis infantũ cura & diſciplina vtriuſq; palatij cõmiſſa eſſet hoc ẽ Rufino oriẽtalis aulæ:Stiliconi occidẽtalis ipij qd vterq; egerit:quid agere conat⁹ ſit:exit⁹ vtriuſq; docuit cũ ali⁹ filio ſuo affectans regale faſtigiũ vt rebus repẽte turbatis:neceſſitas reipublicæ:ſcel⁹ am-

Gildo vincitur.

Gil. interitus.

Victoria icruenta.

Libido dominãdi in maſcezele

Cędit̃ maſcezel iudicia dei expertus.

Rufini & Stiliconis pfidia.

bitus tegeret gentes barbaras ille imiſit:hic fouit.Taceo de Halari- Halaricuſ
co rege cũ Gothis ſuis ſæpe victo:ſæpe cõcluſo:ſẽperq̃ dimiſſo.Ta Gothoꝝ
ceo de infelicib⁹ illis apud Polẽtiã geſtis cũ barbaro & pagano duce: rex.
hoc ẽ Sauli cui ſũma belli cõmiſſa ẽ cuius im̃pbitate reuerendiſſimi
dies:& ſãctũ paſca violatũ ẽ:cædẽtiq̃ hoſti ꝓpter religionẽ vt pugna
ret exortũ ẽ:cum qdẽ oſtẽdẽte in breui iudicio dei:& qd fauor ei⁹ poſ
ſet:& qd vltio diuina exigeret:pugnãtes vicim⁹:victores victi ſum⁹.
Taceo de ipſorum interſe barbaroꝝ crebris dilacerationib⁹:cũ ſe iui
cem Gothorũ cunei duo:deinde Halani atq̃ Hunni varijs cædibus
populabantur.

¶ Rhedagaiſ⁹ hoſtis Italiã ĩtrauit:& occiſ⁹ ẽ cũ gẽte ſua.Ca.xxvj. Halani Hunni

Rhedagaiſus oim antiquoꝝ p̃ſentiũq̃ hoſtiũ longe ima- niſſimus repẽtino ĩpetu totã inundauit Italiã:nã fuiſſe in populo ei⁹ pluſq̃.cc.m.gothoꝝ ferũt.Hic ſupra hãc incre- dibilem mſtitudinẽ indomitãq̃ virtutẽ pagan⁹ & ſcytha erat:qui vt mos ẽ barbaris huiuſmodi gentib⁹ omnẽ Romani generi ſanguinem dijs ſuis ꝓpinare deuouerat Hoc igitur Romanis arcib⁹ imminente fit omnium paganorum in vrbe concurſus clamantium: hoſtem eſſe cum vtiq̃ virium copia tum maxime preſidio deorum vincendum potentem vrbem autem ideo deſtitutam & mature peri- turam:quia deos & ſacra perdiderit magnis querelis vbiq̃ agitur:& continuo de repetendis ſacris:celebrandiſq̃ tractatur. Feruent to- ta vrbe blaſphemiæ vulgo nomen chriſti tanq̃ lues aliqua preſentiũ temporum probris ingrauatur. Itaq̃ ineffabili iudicio dei factum eſt:vt quoniam in permixto populo pijs gratia impijs pœna debeba tur opportebatq̃ permitti hoſtes:qui inſuaſibilem in plurimis & cõ tradicentem ciuitatem ſeuerioribus ſolito flagris coarguerent:non tamen eos qui indiſcrete cunctos intemperata cæde delerent:duo tunc populi Gothorum cum duobus potentiſſimis regibus ſuis per Romanas ꝓuincias baccharẽt̃ quoꝝ vn⁹ xp̃ian⁹ ꝓpiorq̃ Ro.ppło: & vt res docuit timore dei mitis ĩ cęde:ali⁹pagan⁹barbar⁹& vere Scy tha:q nõ tãtũ gloriã:aut p̄dã:q̃tũ ĩexaturabili crudelitate ipſã cædem amaret ĩ cęde:& hic iã recæpt⁹ſinu Italiæ Ro.e ꝓximo tremẽtẽ terro re quaſſabat.Itaq̃ ſi huic vltiõis poteſtas ꝑmitteret̃:quẽ Ro.ob hoc p̄cipue timẽdũ arbitrabãt̃:qa fauorẽ deoꝝ ſacrificioꝝ obſeqis iuita ret & immoderatior cædes ſine fructu emẽditatiõis arſiſſet:& error nouiſſim⁹ peior priore creuiſſet:q̃doqdẽ ĩ pagani & idolarrę man⁹in cidiſſe non ſolũ paganis reſiduis de reſtaurãdo cultu idoloꝝ eſſet in

Rhedaga iſi copiæ
Votũ bar- barorum.
Chriſti no men bla- ſphemijs inſectatur
Scythaꝝ ferocia
Ro.cõſter nantur.

dubitata:ſed&chriſtianis periculoſa perſuaſio:cum & hi preiudicio
terrerētur:& illi confirmarētur exēplo:Quamobrē iuſſus diſpēſator
humani generis deꝰ perire paganū hoſtē voluit.& chriſtianū preua-
lere permiſit vt pagani blaſphemanteſq; romani & illo confunderēt
Honorij cōtinētia. perdito & hoc punirentur immiſſo:maxime cū imperatoris Honorij
admirāda in rege cōtinētia & ſanctiſſima fides non parum diuinæ
miſe mereretur Concedūtur qdē aduerſus immaniſſimū illū hoſtem
Rhedagaiſum aliorū hoſtium turmæ cū copijs ſuis : inclinantur ad
auxiliū eorū animi. Adſunt Vldinus & Sarus Hūnorū&Gothorū
duces præſidio romanoꝝ ſed non ſinit deus rē potentiæ ſuæ virtute
hominū & maxime hoſtiū videri. Conterritum diuinitus Rhedagai
Vldinus Sarus ſum in Feſulanos montes coegit eiuſq; ſecundū eos qui parciſſime
referunt.cc.m.hominū inopum conſilij & cibi inarido & aſpero mon
Rhedagaiſꝰ vna cū exercitu fugam occupat. tis iugo:vrgente vndiq; timore concludit-agminaq; quibꝰ dudum an
guſta videbatur Itala latēdi ſpe in vnū ac paruū verticē trudit. Quid
multis morer:Nō diſpoſita in bellū acies fuit:non furor timorq; icer
ta pugnæ ꝑtulit:non cædes acta non ſanguis effuſus eſt: quod felici
tati poſtremo loco deputari ſolet dāna pugnæ euētu compenſata vi-
ctoriæ:edentibus bibentibus ludentibuſq; nrīs tanti illi tamq; imma
nes hoſtes eſurientes & ſitiētes languētes q; confecti ſunt Parum hoc
Exercitꝰ āguſtijs opꝑſſꝰ perijt eſt:niſi captū & cathenatū ac ſubiugatū ſciāt:quē timuere Romani:
illumq; idolatrā ſuū cuius ſacrificia ſe magis pertimeſcere q̄ arma ſin
gebāt ſine prœlio victum ac vinctum ſub iugo catheniſq; deſpiciāt.
Igitur res Rhedagaiſus ſolus ſpem fugæ ſumēs clā ſuos deſeruit:
Rh.cedes atq; in noſtros incidit:a quibus captus & pauliſper retentus ac dein-
de interfectus eſt. Tanta vero multitudo captiuoꝝ Gothorū fuiſſe
Gothi vili pretio venūdantur fertur:vt villiſſimarū pecudum modo ſingulis aureis paſſim greges
hominū venderentur. Sed nihil ſupereſſe deus de eodem populo ſi
nit:nam ilico cunctis qui emebant morientibus:quod improbi empto-
res eorū nō impēderūt turpiter precijs expenderūt miſericorditer ſe
pulturis. Igitur ingrata Roma:quę ſicut nunc ſenſit nō ad remitten
dā ſed ad reprimendam idolatræ præſumptionē iudicis dei obliquā
miſericordiam ita continuo propter viuorum mortuorumq; ſancto-
rum piam recordationem dei iram paſſuram plenam ſi forte confu-
ſa pœniteat:& per experientiam fidem diſcat : ab incurſu Halarici
regis & hoſtis:ſed chriſtiana.aliq̄tulo ad tempus ſpacio:differtur.

¶ Stilico voluit vſurpare imperium Romanum pro
filio. Cap.xxvij.

INterea comes Stilico Vuādalorum ī bellis auaræ ꝑfidæ & doloſę gentis genere ędit⁹: paruipendēs q̄ ſub imperatore iperabat: Eucheriū filiū ſuū ſicut a plęriſq; traditur: iam inde chriſtianoꝝ ꝑſecutionem a puero priuatoq; meditantē in imperio quoquo mō ſubſtituere nitebat̄. Quāobrem Halaricum cunctāq; Gothorū gentē ꝓ pace optima & quibuſcūq; ſedib⁹ ſuppliciter ac ſimpliciter orātem: occulto fœdere fouēs: publice autē & belli & pacis copia negata ad tenendā terrendāq; rēpu. reſeruauit. Preterea gentes alias copiis viribuſq; intolerabiles: qb⁹ nunc Galliarum Hiſpaniarūq; prouinciæ præmunt̄: hoc ē Halanoꝝ Sueuorum Vuandalorum: ipſoq; ſimul motu impulſoꝝ Burgundionū vltro in arma ſollicitās: deterſo ſemel Romani nominis metu: ſuſcitauit: eas interim ripas Rheni quatere: & pulſare gallias voluit: ſperans miſer ſub hac neceſſitatis circūſtātia: quia & extorquere imperiū genero poſſet in filiū: & gentes barbaræ tā facile cōprimi q̄ cōmoueri valerent. Itaq; vbi imperatori Honorio exercituiq; romano hæc tantoꝝ ſcelerum ſcœna patefacta ē: cōmoto iuſtiſſime exercitu occiſus eſt Stilico: qui vt vnū puerum purpurā indueret: totius generis humani ſanguinem dedit. Occiſus ē & Euchertus: qui ad cōciliādū ſibi fauorē paganorū reſtitutiōe tēploꝝ & euerſionē eccleſiarū: imbutuꝝ ſe regni primordia minabatur: pauciq; cū iiſdē ſatellites tantarū mollitionū puniti ſunt. Ita minimo negocio paucorumq; pœna eccleſiæ chriſti cū īperatore religioſo & liberatæ ſūt & vindicatę. Itaq; poſt hæc tāta augmēta blaſphemiarum: nullāq; purā vltia illa diuq; ſuſpenſa vrbem pœna conſequitur.

Stiliconis gen⁹. Stilico imperij occupationē ꝓ Eucherio filio molitur.

Stilico interficitur. Eucherij cædes

Eccleſia a ſuis hoſtib⁹ vindicata.

¶ Halaric⁹ vrbē expugnauit Romā: & depredat⁹ ē. Ca. xxviij.

ADest Halaricus: trepidā Romā obſedit: turbat irrūpit. Dato tamē p̄cepto prius: vt ſi q̄ in ſācta loca p̄cipueq; in ſanctorū apoſtolorū Petri & Pauli baſilicas cōfugiſſēt: hos ī primis inuiolatas ſecuroſq; eſſe ſinerēt. Tū deinde inq̄tū poſſent p̄de inhiātes a ſanguine tēperarent: accidit quoq; quo magis illa vrbis irruptio īdignatiōe dei acta: q̄ hoſtis fortitudine ꝓbaret̄ vt. b. Inno. Romanæ eccleſiæ epiſcopus: tāq̄ iuſtus Loth ſubtract⁹ a Sodomis occulta ꝓuidentia dei apd̄ Rauennā tūc poſit⁹ peccatoris ppl̄i non videret excidiū. Diſcurrentib⁹ itaq; p vrbē barbaris forte vnus Gothorū idemq; potēs & Chriſtian⁹ ſacrā deo virginē iam ętate ꝓuectam in quadā eccleſiæ domo repperit Cumq; ab ea aurū argentūum q̄ honeſtę expoſceret: illa fideli cōſtātia eſſe apud ſe plurimū & mox

Halaricus Romā depredatur.

Innocentii barbaroꝝ excurſiones non vidit.

proferendum ſpopondit:ac protulit: Dumq; expoſitis oppib' attoni tum barbarū magnitudine & pondere ac pulchritudine:ignota & va ſorum qualitate:videret:virgo chriſti ad barbarū ait. Hæc Petri Apo ſtoli ſacra miniſteria ſūt. Præſume ſi audes de facto tu videris. Ego quia defēdere nequeo:cōtēdere non audeo. Barbarus vero ad reuerē tiam religiōis timore dei & fide virginis mot' ad Halaricum hęc per nunciū rettulit:q continuo reportari ad apoſtoli Baſilicā vniuerſa: vt erant vaſa:imperauit:virginē etiam ſimulq; oēs qui ſe adiungerent chriſtianos eodemq; cū defēſione deduci. Ea dom' ſanctis ſedib' lō go vt ferunt:& medio interiectu vrbis aberat. Itaq; magno ſpectacu lo omniū diſpoſita p ſingulos ſingula:& ſup capita lata palaȝ aurea atq; argentea vaſa portanť:exertis vndiq; ad defēſionem gladijs pia pōpa muniť. Hymnus deo romanis barbariſq; cōcinnentib' publice caniť Perſonat late in excidio vrbis ſalutis turba:omneſq; etiā in ab ditis latētes inuitat:ac pulſat:concurrunt vndiq; ad vaſa Petri:vaſa chriſti plurimi etiā pagani chriſtianis pfeſſione ſi nō fide admiſcētur & p hoc tamen ad tēpus:quo magis confūdanť:euadunt. Quanto co pioſius aggreganť romani cōfugentes:tanto auidius circunfunduť barbari defenſores. O ſacra & ineffabilis diuini iudicij diſcretio O ſā ctum iſtud & ſalutare flumen:quod p arua exortū dum beato alueo in ſanctorum fides tendit:oberrantes:piclitanteſq; animas in ſinum pia rapacitate peruexit. O præclara illa chriſtianæ militiæ tuba:quæ generaliter cunctos dulciſſimo ad vitam modulamine inuitās:quos ad ſalutē inobedientes non ſuſcitauit:inexcuſabiles reliquit ad mor tem. Miſterium hoc quod in transferendis vaſis : dicendis hymnis: ducendis populis fuit:tanq̄ magnum cribrum fuiſſe arbitror:per qđ ex congregatione populi romani tanq̄ ex magna maſſa frumenti:per omnia ex vniuerſo ambitu ciuitatis latebrarum foramina effluxere grana viua ſiue occaſione ſiue veritate commota:omnia tamen de p̄ ſente ſalute credentia ex horreo dominicæ præparatiōis accepta ſūt. Reliqua vero ſicut ſtercora:& velut paleæ ipſa vel incredulitate vel inobedientia pręiudicata ad exterminium atq; incendium remenſe runt quis hæc perpendere plenis miraculis? quis predicare dignis laudibus queat? Tertia die barbari q̄ ingreſſi vrbem fuerant:ſponte diſcedunt:facto quidē aliquātarum ædiū iucendio:ſed ne tāto quidē q̄tum. dcc. cōditionis ei' anno caſus effecerat. Nā ſi exhibitam Nero nis imperatoris ſui ſpectaculis inflammationem recenſeam:pculdu bio nulla comparatiōe æquiperabitur ſecūdum id:qđ excitauerat la

Inſigne virginiſ fa cinus in p ferēdis va ſis beati Petri.

Vaſa. b. Petri cuȝ triūpho re portantur

Pia excla matio.

Ro. ædiū crematio.

ſciuia principis:hoc quod nūc contulit ita victoris.Neq; vero Gallorū meminiſſe in huiuſmodi collatiōe debeo:quē cōtinue pene per anni ſpatiū incēſæ vrbis attritos cineres poſſederunt.Et ne quiſq̄ forte dubitaret ad correptionē ſuperbæ laſciuiæ: & blaſphemiæ ciuitatis hoſtibus fuiſſe permiſſum:eodē tpe clariſſima vrbis loca fulminibus diruta ſūt que inflāmari ab hoſtibus nequiuerūt.Anno itaq; ab vrbe cōdita.m.clxxiiij.irruptio vrbis per Halaricū facta eſt:cuius rei q̄uis recēs memoria ſit tñ ſiquis ipſius populi romani & multitudinem videat & vocē audiat:nihil factū ſicut etiā ipſi fatētur:arbitrabitur niſi aliquantis adhuc exiſtētibus ex incēdio ruinis forte doceatur. In ea irruptione Placidia Theodoſij principis filia: Arcadij & Honorij imperatorū ſoror:ab Athaulpho Halarici propinquo capta eſt atq; in vxorē aſſūpta:quaſi eā diuino iudicio velut ſpeciale pign⁹ obſidē Roma tradiderit:ita cūcta barbari potētiſſimi regis cōiugio multo reip. cōmodo fuit.Interea ante bienniū romanæ irruptiōis excitatæ p Sticonē gētes Halanorꝝ:vt dixi:Sueuorū:Vuandalorꝝ:multęq; cū his aliȩ Frācos proterūt:Rhenū tranſeūt:Gallias inuadūt:directoq; ipetu Pyreneū vſq; perueniūt:cuius obice ad tēpus repulſæ per circūiacētes ꝓuincias refūdūtur.His per gallias bacchātibus apud Britannias Gratian⁹ municeps eiuſdē inſulæ tyrānus creatur:& occiditur: Hui⁹ loco Cōſtantin⁹ ex infima militia propter ſolā ſpē nois ſine merito virtutis eligit:qui cōtinuo vt inuaſit imperiū in gallias trāſijt Ibi ſepe a barbaris incertis fœderib⁹ illuſ⁹ detrimento magis reipu. fuit. Miſit vero in hiſpanias iudices quos cū prouinciæ obedienter acceſſiſſent:duo fratres iuuenes nobiles & locupletes Didymus & Verianian⁹ nō aſſūpſere ne aduerſ⁹ tyrānū q̄dē tyrānidē ſed ipatori iuſto aduerſus tyrānū & barbaros tueri ſeſe patriāq; ſuā moliti ſunt. Quod ipſo geſtæ rei ordine patuit:nā tyrānidē nemo:niſi celeriter maturatā ſecreto iuadit:& publice arma:cuiſum⁹ ma eſt:aſſūpto diademate ac purpura videri ante q̄ ſciri.Hi vero plurimo tpe ſeruulos tantū ſuos ex proprijs præſidijs colligentes ac vernacula alētes ſūptib⁹:nec diſſimulato ꝓpoſito abſq; cuiuſq; inquietudine ad Pyrenei clauſtra tēdebāt Aduerſ⁹ hos Cōſtantin⁹ Cōſtātē filiū ſuū:proh dolor:ex monacho cæſarē factū cū barbaris quibuſdam qui quondā in fœdus receptí atq; in militiam allecti Honoriaci vocabātur:in Hiſpanias miſit. Hinc apud Hiſpanias prima mali labes nam interfectis illis fratrib⁹ qui tutari priuato præſidio Pyrenei alpes moliebantur: his barbaris quaſi in precium victoriæ primum predandi in Palatinis campis

Halarici irruptio ſcalegꝫ videx fuit.

Placidia ab Athaulpho capit quā mox ipe ducit vxorem

Franci inuaduntur

Cōſtātin⁹ ſola ſpe nois impator eligit.

Didym⁹ Verianianus.

Cōſtās ex monacho cęſar fact⁹

licētia data: de hinc ſupradicti montis clauſtrorūq; eius cura permiſ
honoriaci ſa eſt: remota ruſticanorum fideli & vtili cuſtodia Igitur Honoriaci im-
buti præda & illecti abundātia: quo magis ſcelus impunitū foret: at-
q; ipſis ſceleris plus liceret prodita Pyrenei cuſtodia clauſtriſq; pate
factis cūctas gentes: quæ per gallias vagabantur: Hiſpaniarum pro-
uincijs immitūt: ijdemq; ipſi adiugūtur; vbi actis aliquādiu magnis
cruentiſq; diſcurſibus poſt graues rerum atq; hominum vaſtatiōes qua
rū ipſos quoq; modo pœnitet: habita ſorte: & diſtributa vſq; ad nūc
poſſeſſione conſiſtunt. Multa nūc mihi de huiuſmodi rebus facultas
loquendi foret: ſi non ſecundu omnes homines apud vniuſcuiuſq;
mentem conſcientia ſecreta loqueretur. Irruptæ ſunt hiſpaniæ: cæ-
Hiſpania des: vaſtationeſq; paſſæ ſunt nihil quidem nouum: hoc enim nunc ꝑ
rūvaſtatio biēniū illud: quod hoſtilis gladius ſæuit: ſuſtinere a barbaris: quod ꝑ
cc. quondā annos paſſæ fuerāt a Romanis: quod etiā ſub imperatore
Galeno per annos propemodū. xij. germanis euertētibus excęperunt
Verūtamē quis non ſe: qui ſui ſuorūq; actuum vel etiam cogitationū
conſcius iudicia dei metuit iuſte omnia paſſum: vel etiam parua ſuſti-
nuiſſe fateatur: aut quis ſe nō intelligit deūq; non metuit: quomodo
non iuſte iſta & quidē parua ſuſtinuit? Quæ cū ita ſunt illud tantū cle
Math. x. mentia dei eadem pietate qua dudū predixerat: procurauit: vt ſecun
dum euangeliū ſuum: quo inceſſabiliter cōmonebat: cum vos perſe-
cuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliā: quiſq; egrediens quo abire
vellet ipſis barbaris mercenarijs miniſtris ac defenſoribus vteretur.
Hoc tunc ipſi vltro offerebant. Et qui auferre omnia interfectis om-
nibus poterant particulā ſtipendij ob mercedem ſeruitij ſui & tranſ-
uecti oneris flagitabant: & hoc quidē a plurimis factū eſt. Qui autem
non crediderunt euangelio dei quaſi contumaces: vel ſi etiam nō au
dierunt: dupliciter contumaces nō dederunt locū iræ: iuſte ſuperue-
niēte ira comprehenſi & oppſſi ſūt: q̄q̄ & poſt hoc quoq; cōtinuo bar
Barbari bari execrati: gladios ſuos ad aratra conuerſi ſūt: reſiduoſq; Roma-
paci nos vt ſocios modo & amicos fouent: vt inueniātur iā inter eos quidā
Romani: qui malint inter barbaros pauperem libertatem: q̄ inter Ro
manos tributariā ſollicitudinē ſuſtinere: q̄q̄ ſi ob hoc ſolum barbari
Romanis finibus imiſſi forent quod vulgo ꝑ orientē & occidētē eccliæ
chriſti Hunnis: Sueuis: Vuandalis & Burgundiōibus: diuerſiſq; & in
nūeris credētiū ppl'is replētur laudāda & attolenda mia dei videretur:
quandoquidem & ſi cum labefactione noſtri tantæ gentes agnitio-
nē veritatis acciperēt quā iuenire vtiq; niſi hac occaſiōe nō poſſēt. qd

enim damni eſt chriſtiano ad vitã æternã inhianti huic ſæculo quolibet tẽpore & quoquo pacto abſtrahi: qd aũt lucri ẽ pagano i medio chriſtianorũ aduerſ⁹ fidem obdurato ſi paulo diuti⁹ diẽ ꝓtrahat quã docꝙ moritur⁹: cui deſperata conuerſio ẽ: Et qa ieffabilia ſũt iudicia dei: quæ nec ſcire oĩa nec explicare: quæ ſcim⁹: poſſumus breuiter ex preſſerim correctionẽ iudicis dei: quoquo pacto accidat iuſte ſuſtinere: q ſciunt: iuſte ſuſtinere q neſciũt. Anno ab vrbe cõdita. M.clxxv. Honorius iperator vidẽs tot oppoſitis tyrãnis nihil aduerſuꝫ barbaros agi poſſe: ipſos prius tyrãnos deleri iubet. Cõſtãtio comitibui⁹ ſũma belli commiſſa ẽ. Senſit tũc demũ reſp. & quẽ vtilitatem i Romano tandẽ duce recæperit: & quã eaten⁹ perniciem per longa tempora barbaris comitibus ſubiecta tolerarit. Iudicia dei ineffabilia Honorij decretũ in tyrannos. Cõſtãtius

¶ Honorius rempublicam Conſtantio committit: & extincti ſunt omnes tyranni. Cap.xxix.

AGitur Cõſtanti⁹ comes in Galliam cum exercitu prouect⁹ Conſtantinũ imperatorem apud Arelatum ciuitatẽ clauſit: cæpit & occidit Iam hinc vt de cathalogo tirannoruꝫ q breuiſſime loquar: Cõſtantem filiũ Cõſtãtini Gerõtius comes ſuus vir ne quã magis q ꝓb⁹ apud Viennã interfecit: atqꝫ i eius locũ Maximũ quendã ſubſtituit. Ipſe vero Gerõtius a ſuis militibus occiſus eſt. Maximus exutus purpura: deſtitutuſqꝫ a militib⁹ Gallicanis qui in Aphricã traiecti: deinde in Italiam reuocati ſunt: nunc inter barbaros in Hiſpania egẽs exulat. Ioni⁹ poſtea vir galliarũ nobiliſſimus in tyrãnidẽ mox vt aſſurrexit: cæcidit Sebaſtian⁹ frater eiuſdẽ hoc ſolũ vt tyrãn⁹ morireẽ: elegit: nã continuo vt eſt creat⁹: occiſus ẽ. Quid de infeliciſſimo Attalo loquar. cui occidi inter tyrannos honor & mori lucrũ fuit: In hoc Halaric⁹ impatore facto interfecto refecto ac defecto: citiuſqꝫ his oĩbus actis pene q dictis minimuꝫ riſit: & ludum ſpectauit imperij: Nec mirũ ſi iure hac põpa miſer luſ⁹ eſt: cuius ille vmbratilis cõſul Tertul⁹ auſ⁹ eſt in curia dicere: loquar vobis p̃res cõſcripti cõſul & pontifex: quorũ alterũ ſpero ſperans ab eo: q nõ habebat ſpẽ & maledictus vtiqꝫ: qui ſpẽ ſuã poſuerat in hoĩe Attalus itaqꝫ tanq inane imperij ſimulacrũ cũ gothis vſqꝫ ad Hiſpanias portatus eſt: vñ diſcedẽs naui: incerta moliẽs in mari captus: ad Cõſtantium comitem deductus deĩde imperatori Honorio exhibit⁹ truncata manu vitæ relictus eſt Heraclian⁹ interea Aphricæ comes miſſus: cũ idem Attalus vmbrã geſtaret imperij. Aphricam ſtrenue aduerſum iudices ab eo miſſos tutatus: conſulatum aſſecutus eſt quo

Cõſtãtin⁹ cæditur Tyrãnoꝝ carthalogꝰ Cõſtantis iteritus Gerontij cædes Maximi exilium Sebaſtiãi exitus Attalus Tertulus. Heraclianus.

Sabinus, elatus ſupercilio Sabinũ domeſticũ ſuũ virũ ingenio calidũ:ĩduſtriaꝗ
ꝗꝫ ſolertẽ & ſapientem nominandum ſi animi vires trãquillis ſtudijs
accommodauiſſet: generum elegit: cum quo quorundam periculorũ
Claſſis heracliãi numeroſiſſia ſuſpitiones dum patitur: fecit: atqꝫ aliquandiu Aphricana annona
extra ordinem detenta ipſe tandem cum immenſa certe temporibus
noſtris ſatis incredibili claſſe nauium Romam contendit: nam habu
iſſe tunc. iiij. m. lxx. naues dicitur: quẽ numerũ ne apud Xerxen qdeꝫ
preclarũ illũ Perſarũ regem: nec Alexandrũ magnũ: vel quẽdã alium
regum fuiſſe hiſtoriæ ferunt. Is ſimul vt cũ agmine militũ ad vrbẽ pꝫ
gens littore egreſſus eſt: occurſu Comitis Marini territꝰ: & ĩ fugã ver
Ignominioſa Heraclianifuga & interitꝰ. ſus arrepta naui ſolus Carthaginẽ redijt: atqꝫ ibi continuo militari
manu interfectꝰ eſt. Sabinus gener eius Conſtantinopolim fugit: vñ
poſt aliquantũ temporis retractus exilioqꝫ dãnatus eſt. Hunc omneꝫ
carthalogũ vt dixi: vel manifeſtorũ tyrannorum vel inobedientiũ du
Sabinus exulat cum optima: Honorius imperator religione & felicitate meruit: meri
to ſane quia in his diebus præcipiente Honorio & adiuuante Con-
Pax eccleſiæ ſtantio pax & vnitas per vniuerſam Aphricã eccleſiæ catholicæ red-
dita eſt: & corpus chriſti: quod nos ſumus grata diſceſſione ſenatũ ẽ:
Marcelliſini interitꝰ impoſita executione ſancti præcepti Marcellino tribuno viro in pri-
mis prudẽti & induſtrio: omniũqꝫ bonorũ ſtudiorũ appetẽtiſſimoquẽ
Marinus comes apud Carthaginẽ incertũ zelo ſtimulatus: an auro
corruptus occidit. qui continuo reuocatus ex aphrica factuſqꝫ priua
tus vel ad pœnã vel ad pœnitẽtiam conſcientiæ ſuæ dimiſſus eſt. An
no ab vrbe condita. m. clxviij. Conſtantius comes apud Arelatũ Gal
liæ vrbẽ cõſiſtẽs magna rerũ gerendarum induſtria gothos a Narbo
Gothi a Narbona expelluntꝰ na expulit: atqꝫ abire in Hiſpaniam coegit interdicto præcipuæ: atqꝫ
intercluſo omni conatu nauium & peregrinorum vſu commercioꝝ
Gothorum. Tunc populis Atthaulfus rex præerat: qui poſt irrupti-
onem vrbis ac mortem Halarici Placidia: vt dixi: captiua ſorore im-
atthaulfꝰ. Placidiæ nupſit peratoris in vxorem aſſũpta: Halarico in regnum ſucceſſerat. Is vt ſu
pra auditum atqꝫ vltimo exitu eius probatum eſt: ſatis ſtudioſe ſecta
tor pacis militare fideliter Honorio imperatori. ac pro defendenda
Romana rep. impẽdere vires gothorũ vires præoptauit: nã ego quo
qꝫ ipſe virũ quendã Narbonenſẽ illuſtris ſub Theodoſio militiæ. etiã
religioſum prudentemqꝫ & grauẽ apud Bethleem oppidum Paleſti
næ: beatiſſimo Hieronymo preſbytero referente: audiui ſe familiariſ-
Atthaulfi ingenium ſimũ Atthaulfo apud Narbonã fuiſſe: ac de eo ſæpe ſub teſtificatiõe
didiciſſe: quod ille cum eſſet aĩo: viribꝰ: ingenioqꝫ nimiꝰ referre ſolitus

eſſet ſe in primis ardēter inhiaſſe: vt oblitterato romano nomīe: roma
num noē ſolum Gothorū imperium & faceret & vocaret: eſſetq;: vt vul
gariter loquar Gothia q̃ Romania fuiſſet: fieret nūc Atthaulfus: qđ
quondam Cæſar Auguſtus. At vbi multa experientia probauiſſet:
neq; gothos vllo modo parere legibus poſſe propter effrenatā barba
riē neq; reip. interdici leges oportere: ſine quibus reſpu. nō eſt reſpu.
elegiſſe ſe ſalutē: vt gloriam ſibi de reſtituendo in integrū augendoq;
romano nomine gothorū viribus quæreretur habereturq; apđ poſte
ros romanæ reſtitutionis auctor poſtq̃ eſſe nō poterat immutator. Ob
hoc abſtinere a bello ob hoc inhiare paci nitebatur: præcipue Placidię
vxoris ſuæ fœminæ ſane ingenio acerrimæ: & religionis ſatis ꝓbatę
ad omnia bonarum ordinationū opera perſuaſu & conſilio tempera
tus. Cūq; eidem paci petendæ atq; offerendæ ſtudioſiſſime inſiſteret
apud Barchilonem Hiſpaniæ vrbem dolo ſuoꝝ: vt fertur occiſus ē.
Poſt hunc Segericus rex a gothis creatus cū itidem iudicio dei ad
pacem pronus eſſet: nihilominus a ſuis interfectus eſt. Deinde Val-
lia ſucceſſit in regnum ad hoc electus a gothis: vt pacem infringeret:
ad hoc ordinatus a deo: vt pacem ꝯfirmaret. Hic igitur territus maxi
me iudicio dei: quia cum magna ſuperiore ab hinc anno gothorum
manus inſtructa armis nauigijſq; tranſire in Aphricam moliretur in
xij. m. paſſuum Gaditani freti tempeſtate correpta miſerabili exitu
perierat: memor etiam illius acceptæ ſub Halarico cladis cum gothi
in Siciliam tranſire conati in conſpectu ſuorum miſerabiliter arrep-
ti & demerſi ſunt pacem optimam cum Honorio imperatore datis le
ctiſſimis obſidibus pepigit Placidiam imperatoris ſororem honori-
fice apud ſe honeſteq; habitam fratri reddidit Romanæ ſecuritati pe
riculum ſuum obtulit: vt aduerſum cæteras gentes: quæ per Hiſ-
panias conſediſſent: ſibi pugnaret: & romanis vinceret: q̄uis Halano
rum cęteri: Vandalorum Sueuorumq; reges eodem nobiſcum placi
to deſpecti forent: mandantes imperatori Honorio. Tu cum omni-
bus pacem habe: omniumq; obſides accipe: nos nobiſcum confligi
mus: nobis perimus: tibi vincimur: immortalis vero quæſtus erit rei-
publi. tuæ ſi vtriq; pereamus. Quis hæc crederet: niſi res doceret?
Itaq; nunc quotidie apud Hiſpanias geri bella gentium: & agi ſtra-
ges ex alterutro barbarorum crebris certiſq; nuncijs diſcimus: præ-
cipue Valliam Gothorum regem inſiſtere patrandæ paci ferunt:
ex quo cum conceſſerim: vt licenter chriſtiana tempora reprehendan
tur: ſiquid conditione mundi vſq; ac nunc ſimili factum felicitate do
ceatur. Manifeſtauimus: vt arbitror: atq; oſtendimus non ma-

Placidiæ probitas

Athaulfꝰ cæditur

Segericus

Vallia

Valliā cū Honorio fedꝰ inijt.

A ttēde q̄ Halani vādali & ſueui ad Honoriū ſcri-pſerint.

Cōcluſio

gis verbo pene q̄ digito innumera bella ſopita: plurimos extinctos tyrannos: compreſſas: coāguſtataſq; addictaſq; ex inanitaſq; immaniſſimas gentes minimo ſanguine: nullo certamine ac pene ſine cæde. Supereſt vt obtrectatores noſtros molitionum ſuaruꝫ pœniteat: veritatiq; erubeſcant. Deum verum & ſolum qui poteſt omnia credant: timeant: diligant ſequantur: cuius omnia: & quæ mala putant bona eſſe: didicerunt Explicui: adiuuante chriſto ſecundum tuū preceptum beatiſſime pater Auguſtine ab initio mundi vſq; in preſentē diem: hoc eſt per annos quinq;a M.dc.xviij. punitiones & cupiditates hominum peccatorum: conflictationes ſeculi & iudicia dei: q̄ breuiſſime & q̄ ſimpliciſſime potui: chriſtianis tamen temporibus ꝓpter preſentem magis chriſti gratiā ab illa incredulitatis confuſiōe diſcretis. Ita iam ego certo & ſolo: quem concupiſcere debui: obedientiæ meæ fructu fruor de qualitate autem opuſculorum tu videris: qui p̄cepiſti tibi adiudicanda: ſi ædas: per te iudicata: ſi delias.

Apoſtrophe ad beatum Auguſtinū.

Finis. Laus deo.

¶ Pauli oroſij viri percelebris hyſtoriarum opus abſolutum eſt: q̄ diligētiſſime emēdatū. Impreſſum Parhiſijs Per Iohānē barbier impreſſorem necnon librarium iurattum in vico ſancti Iacobi commorantem ſub enſis interſignio Pro Dioniſio Roce in eodem vico commorante. ſub diui Martini Inter ſignio Nec ne ꝓ eodē Iohāne barbier. Anno ab icarnatione. domini. M.ccccc.x. die. xiij. menſis Nouembris.